hoc facit illud esse verũ nisi fraudulẽter alienasset vnus ex socijs quia ad fraudulentam alienationẽ inuicẽ mandare nõ videtur quã glo. Docto. aprobãt per. l. si procurator. §. j. ff. de condi. inde. ⁊ illa est melior glo. que posset allegari in concordiã. d. l. stili. bene facit qȯ dicit Joan. de Jmmo. in. l. ille autẽ in. iij. colu. ff. de here. insti. de hominibꝰ armorũ qui modernis tẽporibꝰ faciunt se fratres iuratos ⁊ iurant et promittunt se tractare vt fratres. Jtẽ faciunt ad inuicẽ societatẽ omniũ bonorũ que habent ⁊ que acquisituri sunt. Jtẽ dant sibi inuicẽ potestatẽ quod vnus eorũ posset de rebus cõmunibꝰ disponere vt de proprijs/ subdit ad propositũ qȯ per istam cõuentionem seu potestatẽ non videtur includi quod aliquid dolo se agat quia dolus in dubio semper presumitur exclusus. l. creditor in §. lucius. §. manda. nec dolus futurus remitti potest. l. si vnꝰ in. §. illud. ff. de pactis. bene facit. l. xxiij. incipit engaño faciendo in quinta parti. titulo. xiiij. ¶ Ex predictis potest inferri ad questionem pulcrã. s. vtrũ ista alienatio marito permissa extẽdatur ad donationẽ ita ꝙ ipse maritus posset facere donationẽ de rebus sic acquisitis cõstante matrimo. inter ipsum ⁊ vxorẽ/ ⁊ reperio Petrũ de Ancha. in terminis cõsuluisse qȯ sic ⁊ est cõsiliũ elegãs in materia in meis numero cẽtesimo secũdo incipit cõtra donationem potest dici et thema cõsilij est ꝙ statuto cõmunis trigestis sub rubrica de matrimonijs continetur vnũ capitulũ cuius tenor est ꝙ bona acquisita per maritũ ⁊ vxorẽ stantibus ipsis in matrimonio sint ⁊ esse debeãt cõmunia. s. medietas viri ⁊ alia medietas vxoris ⁊ omnia debita facta per maritũ stantibus in matrimonio similiter sint cõmunia. Jtẽ qȯ vir posset ⁊ valeat bona acquisita cũ vxore ipsis stãtibus in matrimonio vendere vel alienare ad eius voluntatẽ sine cõsensu mulieris sue ⁊ sic videtur ad litterã dictum statutũ esse cõforme cũ legibus huius regni. ¶ Nũc mouet questionẽ presuposito hoc statuto quedã domina romana cõtraxit matrimoniũ cũ quodã ser. conte. quo matrimonio durãte dictꝰ ser. conte. in anno sequẽti de mense augusti emit vnã vineã ⁊ de mense ianuarij sequẽtis emit vnũ campũ quas res dictꝰ ser. cõte. donauit titulo inter viuos cuidã Georgio solu. mat. dicta Romana petebat medietatẽ sibi acq̃sitã vigore statuti. Georgius se defendebat vigore donatiõis/ queritur quid iuris refert se consuluisse dictã donationẽ a marito factã validã esse mouetur qr dictũ statutum permittit marito alienare ad voluntatem sed propria natura dicti verbi alienare est cõprehẽdere omnẽ actũ ⁊ contractũ per quẽ dominiũ transfertur. l. j. C. de fun. dota. c. nulli de rebꝰ eccle. nõ alie. vbi est expressum qȯ in materia ꝓhibitiua vbi prohibetur alienatio videtur prohibita donatio/ ergo idẽ in permissiua vt cõtrariorũ eadẽ sit disciplina vt iura fatẽtur Mouetur secũdo quia vir nimis grauatur a dicto statuto in cõmunicatione lucrorũ ⁊ aliorũ acquisitorũ durãte matrimonio ⁊ sic vir contra ius cõmũne grauatur ex dicta cõmuniõe cum q̃sita etiã per vxorẽ indubio queruntur viro. l. quintꝰ ⁊. l. etiã. C. ff. de donatioꝰ inter virũ ⁊ vxo. ideo nõ est a ratione contrariũ qȯ maritꝰ ab hac cõmunione de facili releuetur per aliud statutũ permittens alienationẽ. l. eũ qui. ff. de iureiurã. colligitur etiã hoc secundũ eum ex mente ⁊ intentione statuẽtis q̃ satis demõstratur per dicta verba dicẽtia vendere ⁊ alienare ad eius voluntatẽ ⁊ verbũ volũtas est liberũ cõferens potestatẽ preferẽdi iniquum equo. l. eum quidã. ff. de lega. ij. per hec ⁊ alia q̃ refert in dicto cõsilio residet in hac cõclusione qȯ marito ꝑmittatur alienare titulo donationis res sic acquisitas cõstãte matrimo. ¶ Nihilominꝰ in proposito nostro teneo cõtrariũ immo qȯ maritus nullo modo posset donare res acquisitas cõstante matrimonio quo ad medietatem mulieris allego primo tex. ad hoc in. l. filius fa. ff. de donatio. vbi tex. dicit qȯ filius

famí. donare non potest etiã si liberã peculij administrationẽ habeat subdit consultus rationẽ quia non ei ad hoc conceditur libera administratio vt perdat sed cum donare sit perdere ergo. ⁊c. l. contra iuris in. §. si filius. ff. de pactis ibi etiã si maxime quis administrationem peculij habeat concessam donãdi ius eum non habere
Preterea in generali permissione alicui facta non intelligitur ei potestas concessa donãdi vel dilapidãdi. l. j. §. j. ff. de offi. pro cõ. cesa. ff. de solutio. l. si is. §. fina. in fi. l. prohibere. §. plane quod vi aut clam. ff. de pollici. l. si quis rẽ. §. voto. ff. q̃ res pigno. obli. po. l. j. §. j. l. ante pe. ff. mã. in. §. fina. l. cũ seruus in princi. ff. eo. titulo facit. l. si filius fa. ff. ad mace. l. sicut. §. an pacisci. ff. qui mo. pig. vel hipo. solui. l. si pater ff. de his q̃ in frau. credi. ¶ Per predicta dicebat Ioã. de Immo. in. l. ille autẽ in. iij. colu. ff. de here. insti. ꝙ quidã homines armorũ faciũt se fratres iuratos faciẽtes societatem omniũ bonorũ que habẽt ⁊ que acquisituri sunt. Itẽ dant sibi inuicẽ potestatem ꝙ vnꝰ eorũ posset de rebus cõmunibꝰ disponere vt de proprijs subdit qd̃ virtute dictorũ verborũ ⁊ per talẽ potestatẽ non videtur data potestas donãdi bona sic cõmunia per. d. l. contra iuris ⁊. l. filius fa. preterea. d. l. stili. ccvj. que loquitur in mobilibus adhuc dicit ꝙ ita potest alienare dum tamẽ non dilapidet sed donatio est dilapidatio ⁊ qui alienũ donat dominũ spoliat. l. pactũ curatoris. C. de pactis ⁊ de alieno largiri esse speciẽ furti dicit tex. in. l. si pignore. §. j. ff. de furtis. ¶ Nec obstat dictum consiliũ Petri de Ancha. nam in casu quo ipse loquitur statutũ trigestis magislate disponit dãdo marito liberã voluntatẽ alienandi res sic acquisitas sine consensu mulieris quod nõ est in casu nostro quia hec lex fori non cõcedit marito facultatem alienãdi nec etiã dicta. l. stili nisi solũ vẽdẽdi ⁊ hec iusta causa subsistẽte ⁊ Petrus de Ancha. principale fundamentũ qd̃ facit in dicto cõsilio est põderare verba dicti statuti que cõferunt marito potestatẽ alienãdi ad liberã voluntatẽ suã ⁊ sic cessat hoc presupositũ in hac lege et in verbis dicte. l. stili. Itẽ idẽ Petrus de Ancha. in fine dicti cõsilij versi. hoc vltimo considerandũ / facit etiã fundamentũ ad sic consulendũ ex alio capite qd̃ cessat in proposito / dicit enim ꝙ ille ser. cõten. maritus de quo ibi dictas hereditates quas sic alienauerat cõstante matrimo. titulo donatiõis ipse emerat illas de propria pecunia sua ⁊ sic nõ potest proprie dici illas acquisiuisse cum tantundẽ de proprio erogasset ar. l. imperator in fine de lega. iij. ⁊. l. si rem ⁊ precium. ff. de peti. here. ⁊ sic ille res empte successerũt loco pretij et pertinebãt ad ipsum solũ ar. l. vxor marito. ff. de dona. inter virũ et vxo. et hoc ꝓcedit magis absq; dubio cum secundũ has leges hoc sit expeditũ. s. qd̃ res empta cõstãte matrimo. de propria pecunia mariti non est cõmunis sed sua propria et in hoc casu procedit sine dubio / quia tunc res esset propria mariti et per cõsequẽs permitteretur ei ad libitũ donare etiã scd̃m statutũ predictũ vnde ista duo fundamẽta super quibꝰ Ancha. fundat cõsilium cessant in proposito questionis nostre et hoc modo repellitur consiliũ Ancha. in proposito. ¶ Vnũ videtur ponere dubiũ in hac mea decisione. s. supradicta lex stili. ccjx. que expresse permittit vt maritus posset remittere debitũ constãte matrimo. acquisitũ sed remittere est donare immo renũciare alicui exceptioni est donare vt traditur nota. per Bar. in. l. si quis delegauerit. ff. de noua. potest ad hoc respõderi ꝙ dicta lex stili nõ est lex nec seruãtur pro legibus leges ibi contẽte nec inducũt necessitatem obseruandi eas nisi quatenus sunt in vsu ⁊ sic disponunt dicte leges vt in plurimum. s. sic est vsus in domo regia. Itẽ sic vtuntur homines in aliquibus locis. Item quia si bene ponderatur dicta lex solũ permittit alienare in causa necessaria. s. ad substentãdum se ⁊ domum suã ita tamen qd̃ nõ sit dilapidator vt clare dispo-

nit tex. ibi ca el marido es señor de las deudas que le deuē y de los fructos y del otro mueble que ganarō en vno marido y muger para mantener la casa y a su muger y a su compaña / y puede hazer dello lo que quisiere con tal que no sea destruydor / et sic non permittitur ei dilapidare z p cōsequēs nec donare z ita teneo. ¶ Bene crederē vnum quod reputo menti tenendum z est quotidianissimum quod si non esset mera donatio sed necessaria puta ad filias cōmunes dotādas ad casa alimētādas z similia qd has z similes donationes posset marit⁹ ipse facere de bonis cōmunibus per tex. qui ad hoc me inducit in. d. l. filius fa. in versi. quid ergo si iusta ratione motus iūta glo. z per tex. in. l. j. §. sed nonnullos. ff. de tute. z ratio. distra. et. ff. de admi. tuto. l. cū plures in. §. j. et p ea que Docto. dicūt ibi z in. l. cōtra iuris. §. si filius. ff. de pactis sed hoc non pono nūc pro cōstanti indistincte z qr est articul⁹ nimis cotidianus remitto illud examinādū ad. l. todo deudo in hoc foro titulo delas deudas quam deo permittente proxime post hanc polliceor comentandam licet peruertatur ordo titulorum ex eo quia eius materia est contigua huic legi et titulo.

2ª. questio. *(manuscript)*

¶ Queritur circa hoc de alia questione que

Vtrum in diuisione lucrorum consequente matri. cōputētur marito bona p eū male cōsumpta

videtur insurgere ex supradictis pone enim qd marit⁹ dissipauit multa bona cōstāte matrimo. tam ludēdo quā in alios malos vsus solu. matri. diuiduntur lucra inter eum et heredes mulieris vel mulierem et heredes viri vtrum in diuisione lucrorū et acquisitorū cōstante matrimo. ipsi vel sui heredes debent imputare in parte sua dicta bona male cōsumpta z sic ipse teneretur soluere heredibus vxoris medietatem dictorū bonorū que ipse lusit z male consumpsit q medietas pertinebat ad vxorē suā si ipse nō vastauerat Alfon. hic z bene tenet qꝫ sic dicit enim qd si culpa vel dolo mariti damnū euenit in bonis cōmunibus vt si lusit ad taxillos cum ludere sit lata culpa. l. pactū de colla. per Cynū vel meretricādo consumpsit bona sua cū meretricari sit dolus. ff. māda. l. si vero. §. si adolescens. Bal. in auct. et testamēto de collatio. de hoc dāno nihil imputatur vxori. l. cū duob⁹ in. §. dāna. ff. pro so. mihi hoc videtur recte dictū et idē teneo addens hec fundamēta que cōcludūt tex. nota. qui loquitur in societate omniū bonorū in. l. fratres. §. sotium z melius in. §. per cōtrariū. ff. pro sotio vbi tex. singu. dicit si ob malefitiū suū ipsum tantū damnū sentire debere z ibi cū ad iudiciū nō adesset dānatus sit nō debere id de cōmuni id cōsequi. Allego etiā tex. famosum ad propositum in. l. a deo in. §. penul. ff. pro so. vbi tex dicit qd in alea aut in adulterio perdiderit sotius ex medio non est laturus. faciat tex. nota. in. l. si is cū quo. ff. cōmuni. diui. vbi tex. nota. dicit qd si per cōtumatiā ei⁹ cū quo rem cōmunem habeo villa diruta est aut arbusta succissa prestabitur mihi detrimentū inditio cōmuni diuidūdo quia quidquid in re cōmuni culpa sotij admissum est eo inditio continetur et est illa lex satis notabi. ad propositū faciūt optime. ll. sequētes. l. inter coheredes. §. qd ex facto. ff. fami. her. l. quod quis secūdū intellectū glo. ff. de regu. iuris. l. iii. §. si is. ff. qd quisqꝫ iuris. l. nemo. §. illud qreo. titulo vbi est casus nota. qd dolus in perdēdo cōmissus facit perdere beneficiū qd habet sotius. s. ne conueniat vltra quā facere possit secus si dolus cōmitteretur in nō acqrirēdo. l. sotius sotio. ff. pro sotio. l. si ex duob⁹. ff. de noxa. vbi est casus nota. qd si aliquis sotiorum ad aliqd cōdēnetur ꝑpter suū delictum nō potest aliqd imputari societati. ¶ Et licz in puncto iuris hoc posset substētari tamē cōtrariū seruatur nec fiunt iste cōsiderationes quādo lucra diuiduntur alias infinite lites orirētur inter maritū z heredes vxoris et econtra maxime qr argumēta de societate nō in totum procedunt de marito ad vxorem

(manuscript margin notes: est .8. illud quer. rest. in ti. ff. p socio. — contrarium seruatur)

cum alia plura cōcedantur vxori ⁊ etiā marito maxime quia marito datur potestas alienādi qȝ non est in foro et esset nimis restringere administrationē mariti quod esset absurdū maxime cū ipsi sint qui principaliꝰ labores subeūt ⁊ lucrātur magis ei cōcedendū est in administratiōe. Nec obstat dicta lex de Nieua ⁊ d. l. stili q̄ non permittū: marito alienare causa fraudādi vxorē qꝛ hoc intelligo quādo ex ꝓposito hoc facit sed ludēs licet male faciat ludēdo tamē non facit malitiose causa fraudādi vxorem immo cogitat lucrari/ ⁊ idē in viris qui multa cōsumūt in alios malos vsus maxime viuēdo quia sunt dissipatores in magnis pōpis et superfluis recurre ad vsum tamen nunq̄ꝫ vidi obtentū fieri marito in parte sua imputationē in similibus.

Vtrum in mulierē sit translatum dominiū & possessio. statim ꝙ maritus emit vel acquirit.

¶ Queritūr vlterius vtrum in mulierem sit

trāslatū dominiū ⁊ possessio pro medietate sua bonorū sic acquisitorū cōstante matrimo. statim qȝ maritꝰ emit seu acquisiuit etiā si soli viro sit facta traditio vt fit quotidie ⁊ reperio in terminis quoddā cōsiliū Pe. de Ancha. ⁊ est. cij. secūdū numerū meū et incipit questio est est talis statuto cōmunis trigestis vbi in dicto loco dicit vigere statutū qȝ q̄sita inter virū ⁊ vxorē constāte matri. sint cōmunia ⁊ qȝ maritꝰ quidam emit quasdā hereditates quas alienauit in quendā Georgiū vnū principale dubium fuit si in vxorē et virū fuit dominiū quesitū ipso iure vt sic dicte vxori cōpeteret rei vēdicatio cōtra possidentē in quē maritꝰ alienauit. Concludit qȝ cum dictꝰ maritꝰ habuit dominiū insolidū cū emit pro se ⁊ sibi traditio facta fuit licet dictum statutū admittat vxorē ad cōmunionē non tamē propter hoc quesitorū ab altero ipso iure dominiū transfertur seu queritur sed per traditionē nam v̄ba statuti dicūt qȝ sint cōmunia inter ipsos ⁊c. qȝ verbū sint est subiūctiui tēporis ⁊ per cōsequēs non significat ipse iure. c. si diligēti de foro cōpe. ⁊ est simile secundū eū in sotijs omniū bonorū qꝛ dominiū quesitorū ab vno non transit pro parte in alterū ipso iure. l. si societatem. ff. pro so. sic dicendū in dicta societate statutaria inter virū ⁊ vxo. vt dominium ipso iure ei non queratur ex quibꝰ cōcludit vxorē esse exclusam a reiuēdicādo ante traditionē sibi factā. Contrariū videtur dicendū attenta natura societatis anormalā per hanc. l. inducta inter virū ⁊ vxorē/ nam cum inter virū ⁊ vxorē sit contracta quedā societas vniuersalis per dispositionē istarū legum ergo ⁊c. hoc probatur in. l. prima. ff. pro so. ibi Paulus inquit in societate omniū bonorū omnes res q̄ coeuntium sunt continuo cōmunicantur/ et dicit Gayus in. l. seq. ꝙ licꝫ specialiter traditio nō interueniat tacite tamē creditur interuenire ⁊ dicit glo. qȝ possessio et dominiū queratur in cōmuni. l. qȝ meo de adqui. po. ⁊ ꝙ in societate vniuersali ex nuda cōuentione trāsferatur dominiū tenet Bar. in. l. traditionibꝰ. C. de pactis per. d. l. primā/ ⁊ idē in. l. ⁊ ideo. ff. de condi. fur. in princi. dicit qȝ speciale est in societate vniuersali vt dominiū sine traditione trāsferatur ⁊ queratur. idē Bal. in. l. qui tibi. C. debere. vel actio. vē. sed hoc fundamentū nō vrget multū. Primo qꝛ maritus ⁊ vxor non sunt proprie sotij omniū bonorū quod alicui eorū obuenit ex hereditate alicuius consanguinei vel alterius non cōmunicatur sine ex donatione vt dictū est Secūdo qȝ solū hoc fundamētū in sotijs cōcludit in bonis que reperiūtur tēpore quo contrahitur societas in quibus secus statuitur per hanc legem inter maritum ⁊ vxorē qꝛ nō cōmunicātur nisi quesita post cōtractū matrimoniū ⁊ adhuc in societate nihil hoc fundamentū concludit circa bona ab vno ex sotijs empta post cōtractā societatē immo etiā in societate aliud est circa talia bona vt statim dicā in vera societate hec intelligēda sunt in bonis presentibꝰ quesitis tēpore societatis vt loq̄tur

d.l.j.in corporaliū autē rerū aut earū que post celebratā societatē acquisita sunt do-
miniū sine traditione nō trāsfertur/hoc probatur in.l.si quis societatē ⁊ in.l. si socie
tatem ⁊ in.l.ea vero.ff.pro so.licet iure societatis veniāt cōmunicāda.ff.pro so.l.si so-
cietatem vniuersorū ⁊.d.l.si quis societatē/ vnde in vera societate ex socijs emente ⁊
possidente non acquiritur dominiū alteri sine traditione licet obligatus sit cōmuni
care per actionē pro sotio. ¶ Sed in questione nostra est aliud statutū quā in vera
societate sit quia lex presumit omnia bona esse cōmunia nisi alter coniugū probet sua
vt dicit dicta.l.stili.cciij. Jtē si vir ⁊ vxor pariter in domo habitāt nec aliquis eorū
potest de titulo ostēdere quilibet eorū intelligitur pro dimidia possidere.l.si duo .ff.
vti possi.secundū Ange.in.l.qui iure.ff.de adqui.posse.vnde cū vxor ⁊ vir cōmuni-
ter possidēt bona sic acquisita satis dicitur traditio interuenisse dato ꝙ marit⁹ solus
emisset cū de iure hui⁹ regni vt superi⁹ dixi etiā si maritus sol⁹ emat et ipsa non con-
tineatur in instrumēto emptiōis nec ad eā verba vendētis dirigātur acquiritur vxo-
ri medietas rei empte. Bene facit glo.fin.in.l.ob maritorū.C.ne vxor pro ma. et do-
ctrina Bal.in.l.si vxor.C.de cōdi.in ser.ꝗ dicūt ꝙ in possessorio nō habet locū dispo
sitio.l.quint⁹ de dona.inter virū et vxo.sed intellige qđ licz sibi acquiratur dominiū
et possessio tamen non cū effectu nisi soluto matri. et sic finita societate cū matrimo.
constāte non sint lucra sed debet inspici tēpus quo disoluitur societas ⁊ sic tēpus di-
soluti matri. nam de iure durāte societate non agitur pro sotio ad diuidendū lucra ⁊
acquisita in societate vt dicūt plures.ll.pro sotio.ff. ⁊ sic praticatur ꝙ mulier donec
soluatur matrimoniū nō potest agere nec petere aliquid ex lucris presertim cū con-
stante matri.administratio acquisitorū durante matri.principaliter residet in perso
na mariti scđm legē de Mueba ⁊.l.stili qđ non est in alijs societatib⁹ vt in.l. nemo ex
sotijs ⁊ ibi per glo.ff.pro so.nihilomin⁹ est questio satis dubia ⁊ maturi⁹ cogitanda
nisi dicas qđ cēseatur etiā vxori facta traditio per promiscuā amborū possessionē. Jtē
in lucris factis a sotijs omniū bonorū dominiū eorū transit in omnes tanquam si ab
omnibus facta essent etiā si vnus lucretur.iij.parti.titu.xxviij.l.xlvij.hoc est impor-
tantissimū de facto nam mortuo marito heredes petūt se mitti ex edicto diui Adria-
ni possessionem bonorum que remanserunt a defuncto si in medietate bonorum vxo
ri pertinente ex dispositione huius.l.ipsa tuenda sit in possessione nec in illis debeat
mitti heres vel an ipsa debeat habere de manu heredis cogitabis quia nunc habeo
de facto consulere apud ciuitatem de Guadalajara.

¶ Pone quod maritus habebat alicuius rei

Vtrum mulier habebit partē illius rei cui⁹ vsufruct⁹ consolidat⁹ est cū proprietate que erat penes maritum.

proprietatē ⁊ alius habebat in ea vsumfructū cōstāte matrimo.aliqua causa de pre-
missis in iure consolidat⁹ est vsufruct⁹ cū proprietate vtrū mulier habebit partē in
dicto vsufructu ex dispositiōe isti⁹.l. videt ꝙ sic solet ad hoc allegari Joā.Fab.in.§.
si cui insti.de lega.vbi dicit qđ de cōsuetudine mulieres habēt partē in reb⁹ acqsitis
emptis p virū vir habebat feuda ꝗ tenebātur ab eo antequā nuberet ⁊ ita vxor nihil
habuit in illis cōtigit ꝙ durāte matrimo.aliqua consolidantur ⁊ redeunt ad domi-
niū ex aliqua causa ꝗritur vtrū mulier habere debeat partē in his cōsolidatis cōclu
dit qđ sic ex eo q⁹ cēsentur alia a rei proprietate ideo tanꝗ alia iudicanda sunt ⁊ p se
idcirco hec ꝗ cōsolidata sunt vidētur per se iudicāda mouet argumēto dicti.§. si cui
vbi probatur qđ illa que consolidātur non vidētur acquisita illo iure seu titulo quo
res cui consolidantur tenetur. facit.l.meuius in.§.fundo.ff.de lega.ij. tu adde tex
hoc probantē in.l.non quocunꝗ in.§.fundus.ff.de lega.j.⁊ Bar.ibi dicit se nota-

re illum tex. ad hoc quod quando vsusfructus reuertitur ad proprietaté dicitur dominus proprietatis acquirere ex causa lucratiua ꝛ reperij in foro meo quandã apostillam reuerendi doctoris aui mei firmãtis istam conclusioné per hec fundaméta.

Nota de edifici cijs seu plantis factis in solo vxoris siue mariti.

¶ Sed pone quod in solo vnius siue mariti siue vxoris fiat edifitiũ matrimonio soluto quomodo diuidetur dicendũ qđ si in solo mariti vel vxoris fiat dom⁹ vel aliud edifitiũ dom⁹ efficitur eius cui⁹ erat solutũ sed debet extimari id qđ expẽsum fuit in edifitio ꝛ totũ qđ sic expensum fuit iudicari debet tanquã bona cõmunia ꝛ sic debet diuidi ꝛ cõmunicari inter maritũ ꝛ vxoré tota extimatio spẽsarũ factarũ in edificãdo ꝛ medietas dicte extimationis attribuit vni ꝛ medietas alteri ista est. l. nota. incipit si el marido y la muger titulo ḋlas labores ꝛ partitiões. Idem disponitur in similibus edifitijs exéplificat ibi tex. in furno ꝛ in molendino. Sed si in solo vnius plantetur vinea non fit hec consideratio immo ille cuius fuit solum in quo plantata fuit vinea ratione proprietatis quam habebat habebit pro se precipuam illam partem que daretur sibe de terradgo secundũ consuetudinem illius loci si dictam terram suã alteri daret plantandam ad vineam ponendam quod in quibusdã locis est medietas in alijs magis ꝛ minus ꝛ residuum diuiditur inter maritum ꝛ vxorem ita dicit tex. nota. in. l. iij. incipit quãdo la muger eodem titulo idem in similibus plantis vt ibi disponit lex ꝛ sic debes illam intelligere ne contradicat alteri legi ꝛ hec est veritas ꝛ ita iam pronuntiandum consuli iudici de causa iudicandi ꝛ communicaui hunc intellectum cum aliquibus antiquis auditoribus ꝛ aduocatis quibus fuit visum rectum consilium.

Pratica huius legis.

¶ Ad finem accedens pro non ita expertis in pratica debes aduertere ad formã que debet teneri in hac diuisione bonorum soluto matri. ꝛ dic qđ ante omnia mulier vel ei⁹ heres debent deducere doté et arras et alia bona propria ipsius vxoris forte que habuit ex hereditate parẽtum vel alias nam cũ maritus debeat substinere onera matrimonij ipsa debet habere suũ capitale saluũ hoc deducto ex aceruo marit⁹ vel eius heredes deducũt etiã suũ capitale. s. bona propria sua que habuit ex hereditate parentum vel consanguineorũ vel alias ꝛ omnia alia bona que erant propria sua ꝛ ipse habebat et duxit ad matrimoniũ q̃ habebat acquisita ante matrimoniũ ꝛ si forte illa fuerũt vẽdita et cõsumpta deducit eorũ extimationé qđ superest diuiditur inter ambos tanquã lucra durãte matrimo. acquisita qꝛ non dicuntur lucra nisi deducto vtroqꝫ capitale sic inquit Alfon. hic et sic dicit praticari ꝛ verũ dicit qꝛ ex quo inter virũ ꝛ vxoré dicitur contracta quedã societas vniuersalis que solo cõsensu inter simul habitãtes cõtrahitur ꝛ ex quo diu simul vixerũt ꝛ omnia bona simul habuerũt ꝛ cõmunib⁹ expẽsis promiscue viuẽdo ꝛ negotia tractãdo euidẽter est probata societas secũdum Bal. qué allegat in. l. j. C. qui testa. face. po. l. j. cũ sequé. de his qui deie. vel efu. ꝛ in obligationib⁹ q̃ consensu cõtrahũtur nõ est op⁹ verbis. ff. pro so. l. cohiri et qꝛ matrimoniũ se habet ad instar societatis. xxvij. q. ij. cũ societas desṕõ. c. ij. nõ enim solũ in lucro sed tãquã sotia calamitates et infortunia viri participare debet. l. si cũ doté in. §. si marit⁹. ff. solu. ma. l. Lutius. ff. pro so. in princi. vbi Paul⁹ consult⁹ inquit non posse societaté cohiri vt aliã dãni aliã lucri parté sotius ferat esset enim iniquã et cõtra naturã societatis vnde qđ superest deducto ere alieno dicitur lucrũ. l. fina. §. fin auté es alienũ. C. de bonis qꝫ libe. ff. de iure do. l. mulier in princi. l. subsignatũ in. §. bona. ff. ḋ v̱bo. signi

fi.ff.de colla.bo.l.cū emācipati in princi.bonꝰ tex.in.l.ōne es.ff.pro so. vbi cōsultꝰ ait omne es alienū qđ manente societate contractum est de cōmuni soluendum est/ nam vt inquit Ulpianꝰ in.l.si non fuerint in princi.ff.pro so.iniquissimū enim genus societatis est ex qua quis etiā damnū non lucrū spectat maxime quia ista lex diuidit lucra non capitale Facit qđ Bal.dicit in.l.j.in.iij.colu.ff.pro so.reprobata glo. illius.l.qđ si duo inierūt societaté vnus de pecunia alter de opera/ꝙ si diuisa societate nō reperitur nisi solū capitale qđ illud nō debet diuidi sed precipue illud debet habere q̄ illud posuit est casus qui probat hoc.ff.pro so.l.cū duobꝰ.§ qui in coeunda.l. cohiri cū seq̄.ff.eo.si enim postquā mulier deduxit capitale suū maritus nō deduxisset etiā suū capitale vel eius extima/si venditū vel deperditū fuit ⁊ hoc nō deduceret anteq̄ lucra diuiderētur/ quis dubitat nisi ꝙ talis societas ex parte vxoris saperet vsurā argumēto eiꝰ qđ glo.Joā.dixit.xiiij.q.iij.plerique quā sequitur Salic. in auct.ad hec.xiiij.q.C.de vsuris ꝙ si quis dat pecuniā mercatori vt partem lucri ferat qđ est vsurariꝰ si capitale debet remanere saluum danti si perdatur de quo latiꝰ ibi per Salice.et Canoni.in.c.nauigāti de vsuris ⁊ plura fundaméta ⁊ vulgaria adduci possūnt super hoc que tanquā superflua decreui reijciéda quia sic praticatur absq̄ aliquo dubio me multotiens teste ⁊ iudice super hoc existente.

¶ In fine huius tituli est quedam lex singula-

ris que incipit maguer vbi tex.dicit qđ hodie oés fructꝰ cōstāte matrimo. percepti sunt cōmunes siue veniant ex hereditatibus proprijs mariti siue vxoris siue vnius eorum habeat plus in bonis mobilibꝰ vel immobilibus quā alter /et sic indistincte omnes fructus cōmunicantur hodie secundū ius istius fori probatur etiā in .l.iij. incipit quādo la manceba hoc foro titulo de las arras in fi/per istū tex. sublata est dubitatio illa de fructibus bonorū parrafrenaliū vtrum sint viri vel ne de quo glo. in.l.vbi adhuc.C.de iure do.in fina.colu.Bal.in.l.ij.in.j.colu.C de fru.⁊ li.expē. Bar.in.l.penul.ff.ad.l.falci.Bal.nota.in.d.l.vbi adhuc fina.colu. per glo. Salice. ⁊ alios in.l.fina.C.de pactis conuen.Bar.in.l.ex diuerso in princi..ff.de rei vendi. Bal.in.l.si traditio de actio.emp. ¶ Hodie omnes altercationes sunt sublate imo omnes fructus sunt communes/⁊ iam vidi quendam aduocatum deceptum qui non viderat hanc.l.regni ⁊ cōsuluit contra eam reducendo questioné in fructibus parrafrenalibus ad terminos iuris cōmunis missum fuit ad me eius consilium ⁊ consului contrarium conformans me cum hac.l.⁊ illum reprehendi de inaduertentia et sic fuit obtentum secundum consilium meum. Rodericus.

idem [illegible] ref. rub. §. 62. n°. ii. fol. mihi 33. impressionis Sine [illegible] magni

¶ Ex titulo secundo de las arras.l.j.incipit

Nota singulariter q̄ hodie fructus bonorū parrafrenaliū & aliorū sunt cōmunes in quo multi decipiūtur.

Todo home.Hec lex est famosa ⁊ cotidie versatur in pratica continet tres partes quorū diuisio sufficiet pro summario. In prima cōtinetur ꝙ nullus potest dare in arras vltra decimā parté bonorū ⁊ si plus dederit nullius momenti erit talis datio arrarum. Consanguinei mariti admittuntur ad petendum illud plus quod datū est ⁊ hec prima pars durat vsq̄ ibi ⁊ si la muger exclusiue. In secunda parte cōtinetur forma succedédi in arris.s.qđ mulier habés filios potest dare ꝓ anima quartā parté arrarū ⁊ tres partes debēt remanere filijs ⁊ si nō hʒ filios libere disponere potest de eis.Sin auté ipsa moriatur ab intestato sint mariti et heredū eius.si habuerit filios duorō maritorū vnusquisq̄ eorū succedit in arris patris hoc dicit.ij.pars que.

P Remitte qđ de iure arre proprie dicun
tur pignus datũ inter sponsos pro matrimonij securitate.s. qđ celebra
bitur in effectu.l.arris.C.de sponsa.⁊ ista pignora ⁊ arre oportet qđ
realiter tradãtur et in quãtitate consistãt/alias nihil agitur .l. ticia de
verbo obliga.per Bar.⁊ si per culpã vnius non fiat matrimoniũ perdit ipse arras
quas lucratur alter.l. fina.C.de sponsa.et tales arre possunt se extendere ad dotis
quãtitatẽ vt inquit Bar.in.d.l.ticia de his arris loquit.iij.parti.titu.xj.l.ij.⁊ titu.
ij.l.ij. ¶ Alie sunt arre de quib⁹ loquit ista lex ⁊ titulus quas more nostro vocam⁹
proprie arras quas marit⁹ promittit mulieri in honorẽ virginitatis vel alias ꝓpter
honorẽ suum cõmuniter imperiti tabelliones in contractu apponũt hec verba/ma-
ritus promisit dicte vxori sue seu spõse in honorem virginitatis sue.c. nomine arra-
rum sed hoc non est necesse/sufficit enim simplex promissio et datio arrarum sine di-
cta additione et ex dictis verbis vulgares falso opinantur quod si aliquis contra-
hit matrimoniũ cum vidua non valeret promissio arrarum ⁊ multotiens super hoc
fui interrogat⁹ ⁊ mirabãtur vulgares ex respõsione mea dũ affirmarẽ arras deberi
vidue si essent sibi promisse sicut et virgini.credo ꝙ illa falsa opinio originẽ duxit ex
dictis verbis tabellionũ. Et de iure nulla est differentia in cõstitutione arrarũ quia
eodẽ modo debẽtur vidue sicut virgini ex promissiõe vt expresse habetur in foro iuz
ho.li.iij.titulo đlas arras.l.por q̃ muchas vezes. ¶ Et iste de quib⁹ hec lex loq̃tur ⁊
quas nos arras vocam⁹ vulgari nr̃o sunt ille quas ius ciuile appellat donationem
propter nuptias ita dicit tex.nota.in.iiij.par.titulo.xi.l.j.q̃ incipit el algo cui⁹ ꝟba
sunt hec ⁊ lo q̃ el varõ da ala muger por razõ de casamiento es llamado en latin do-
naciõ propter nuptias que da el varõ a la muger por razõ q̃ casa cõella/y tal dona-
ciõ como esta dizẽ en España propiamẽte arras. ¶ De iure cõmuni donatio pro-
pter nuptias poterat fieri ante matrimoniũ ⁊ etiã post si fiebat ante matrimonium
poterat fieri de quacũꝗ quãtitate non attẽto ꝙ sit inequalitas in dote. Sed si post
cõtractũ matrimoniũ fieret talis donatio vel ante cõtractũ matrimoniũ facta post
cõtractũ matrimoniũ augeret tũc debebat seruari equalitas inter donationẽ pro-
pter nuptias ⁊ dotẽ.C.đ pactis cõuẽ.l.ex morte ⁊ auct.equalitas.l.si cõstãte ⁊.l.fina
C.de dona ante nup.⁊ vtrũ hodie debeat seruari equalitas đ iure cõmuni.vj.glo.in
§.est ⁊ aliud insti.de donatio.tex.in auct.de eq̃li do.ꝑ totũ colla.vij.⁊.l.ij.iiij.parti.
titulo.xj.⁊.d.auct.equalitas vbi hodie videt ꝙ semper equalitas debet interuenire
siue ante siue post/licet Vincẽ.hic ⁊ male aliud senserit intellige secundũ dicta iura
auctẽticorũ. ¶ Hodie secũdũ hãc.l.cessat in arris ista equalitas necessaria de iure
cõmuni vt in dictis iurib⁹ ⁊ in auct.sed iam necesse C.de dona.ante nup.⁊ etiã ho-
die seruatur dispositio.l.si cõstãte.C.de donatio.ante nup. ibi interdũ accidit ante
nuptias quidẽ donationẽ nullã esse solã vero dotẽ marito mulierẽ obtulisse vbi est
casus qđ valet cõtract⁹ dotis sine donatione ante nuptias ⁊ ibi dicit Bal.qđ ita ser-
uat cõsuetudo in tota Ytalia ita etiã seruat nr̃a Hispania in arris qz nõ est necessa-
ria promissio nec datio illarũ solũ habẽt vigorem ex promissione ⁊ non amplius si
nihil promittitur nihil est prestãdũ licz induceretur ad hoc necessitas de iure auctẽ-
ticorũ vt supra dixi ⁊ est casus in auct.dos data.C.de dona.ante nuptijs.

¶ Nota primo quod maritus potest dare in
arras vxori sue future decimã partẽ bonorũ suorũ ⁊ nõ plus hoc colligitur clarius

ex prima parte legis que donatio propter nuptias efficitur propriũ patrimoniũ mulieris vt infra dicam. ¶ Unde hec lex habet originẽ a consuetudine Hispanorũ de qua fit mentio in.c. et si necesse de dona. inter virũ et vxo. ibi castra quedã que rex legionẽsis filie Regis Castelle in dotẽ tradidisse proponit et licet glo. ibi illud verbum in dotẽ exponat pro donatiõe propter nup. tamẽ illũ tex. intelligit ibi Uincẽ. proprie vt iacet et sic quod loquatur in dote vnde est ibi casus quod vir quãdoque dotat vxorẽ suã et sic dicit Uincen. quod loquitur secundũ consuetudinẽ Hispanorum qui vxores dotant ideo infertur ibi quod licite marit⁹ dotat vxorem suam idest cõstituit sibi dotem ex propria substantia secundũ Abba. ibi quem litteraliter sequitur ibi quidã modernior eo supresso et in.c. nuper eo. titulo sic fit hodie in nostra hispania vt hic disponitur et satis dotatur mulier a viro per donationẽ arrarũ ex quo ipsa lucratur illas vt in hac.l. disponitur et dicetur in.ij. parte cum hac.l. concordat in aliquibus foro iudzgo titulo de las arras licet aliquid ibi addatur sed hec.l. seruatur.

¶ Nota tamen secundum Alfon. hic et bene quod ista verba del diezmo de quãto touiere debẽt sic intelligi.s. quod dicitur proprie habere in bonis illã quantitatẽ quã habet deducto ere alieno quod superest dicitur habere in bonis et sic de illo cõputatur et deducitur decima et illa potest promitti noĩe arrarũ allegat Bal. in.l.j. in.iij. colu. C. de fructi. et li. expẽ. vbi inquit ipse pone quod testator iussit filiã suã maritari alicui qui haberet in matrimonio mille modo iste bene habet possessiones valẽtes mille tamẽ habet multa debita dicit quod dicta debita corrodunt dicta mille intellectu ad quẽ debent hominũ dispositiones adaptari. Ego allego ad predicta iura hoc decidentia expresse. Primo tex. in.l. mulier bona. ff. de iure do. ibi sed non plus esse in promissione bonorũ quã quod superest deducto ere alieno.l.ij. §. illud de colla. bono. ibi illud autẽ intelligendũ est filiũ in bonis habere quod deducto ere alieno superest.l. non possunt. ff. de iure fisci.l. subsignatũ in. §. j. ff. de verbo. signi. vbi tex. dicit quod bona intelligũtur cuiusque que deducto ere alieno supsunt. l. ea demũ. C. de collatio. ibi q̃ in bonis eorũ fuerũt iuncto fine ibi exceptis videlicet que ab ipsis alijs debẽtur.l. si vniuerse. C. de lega. facit.l. venisse. ff. de verbo signi. et.l. proprie la.ij. ff. eo. ibi sic dicim⁹ centũ aureos habere q̃ tantũ in predijs ceterisque similibus reb⁹ habeat.l. nõ amplius. §. j. ff. de lega. j. ¶ Tene etiã mẽti quod dicitur habere in bonis ea que bona fide possidet licet non sint sua/ tex. est nota. in.l. bonorũ appellatio. ff. de verbo. signi. ¶ Unde si quis tẽpore quo promittit arras possidet tanta bona decima quorũ sufficit ad quantitatẽ arrarũ promissarũ postea mouetur sibi lis super dictis bonis vt quotidie videm⁹ fertur contra eũ sentẽtia ita quod plura ex dictis bonis possessis ab eo sibi abdicantur et euincuntur ab eo quod valebit datio arrarum habita cõsideratione ad tẽpus promissionis licet postea sint diminuta: nã ex quo bona fide illa possidebat satis videtur in bonis habuisse tẽpore promissionis arrarũ. ¶ Dicitur etiã habere in bonis illa ad que habet actionẽ probatur in dictis ll. et est casus in.d.l. bonorũ. Dicitur etiã habere in bonis bona superficiaria casus est in.d.l. bonorũ. ¶ Cõsidera tamen quod si aliquis habet aliqua bona propter que tenetur ad aliquod onus vel ad aliquid annuũ prestandũ illud totũ intelligitur in bonis habere quod onere deducto superest/ iste casus est nota. in.l. non amplius. ff. de lega. j. vnde Bal. ibi inferebat per illũ tex. quod si de legato debet solui gabella ad rationem duorũ denariorũ pro.c. et mihi legata fuit domus valoris xxx. librarũ cum onere tali vt.x. libras prestarẽ heredi nõ teneor ad gabellam nisi pro.xx. libris Paul. de Cast

Que dicit bona.

ibi τ Ange.in.l.ciuitatibus.ff.de lega.j.simpliciter sequitur Bal. opinio. Alexan.
Immo.in.d.l.non amplius quasi a capite suo intelligit dictã doctrinã absq dubio
verificari si statutũ disponeret quod solueretur gabella ex legato quod prouenisset
ad legatariũ/secus si statutũ disponeret gabellã esse soluendã de quantitate que le-
gata esset. Sed reperies Bar. cuius videtur esse hec doctrina in.l.sed si hoc.§.cui-
dam.ff.de condi.τ demo.ibi enim est casus q̃d tantũ videtur quis capere quantũ
sibi remanet deducto eo q̃d soluisset causa cõditionis sibi apposite implẽde siue one
ris sibi iniũcti/vnde infert ad statutũ disponẽs q̃d de pretio rei vẽdite soluatur gabel-
la.vj.denariorũ pro libra/q̃d si aliquis vẽdidisset rem pro.c.τ in progenitis τ vasta-
tionibus expendit viginti solũ pro octoaginta debet solui gabella est casus hoc ꝓ-
bans in.d.§.cuidã. Subdit Bar.τ in hoc facit hoc esse intelligendũ si statutũ dispo
neret q̃d pro debito quod vẽditor recepisset vel diceret pro pretio rei simpliciter nec
adijcitur q̃d recepisset vel vendidisset nam tũc tale pretiũ quãtitas ad.l.falci.sed si di
ceretur pro pretio quo vẽdidisset τ tũc pro toto pretio debet solui gabella q2 verum
est pro tãto vẽdidisse ar.l.in quartã.§.j.ff.ad.l.falci.τ.l.q̃ fundũ/sentit Bar.in.l.vbi
pure.ff.ad trebe.ad p̃dicta iuuat id q̃d Bal.dicit in.l.j.in.iij.colu.C.de fructi.τ li.ex
pen.statutũ disponebat q̃d de fructib9 fornacũ vitrij soluantur sex denarij pro libra
omniũ fructuũ fornacũ q̃d fructus intelligũtur deductis expẽsis/τ sic debet fieri cõ-
putatio in soluẽda gabella quãdo statutũ deductũ est in contractũ inter fiscũ τ emẽ-
tes gabellarũ τ sic refert fuisse de facto τ Bar.sic consuluisse idẽ Bar.in.l.fruct9 fina.
verbis.ff.solu.mat.facit.c.si perpetua de rescrip.li.vj. hoc cõsiliũ Bar.ad litteram
refert Bal.in.l.si a nõ dño in.§.fructus.ff.de peti.here.τ dicit quod cõtra Bar.con
suluit Francis.de Pisis motus quia illud verbũ fructus erat prolatum inter con-
trahentes quia fuerat empta gabella fructuũ patet in colono qui debet correspon-
dere medietati fructuũ qui nõ deducit spensas.c.de tua de decimis.l.cum duobus
in.§.in coeunda.ff.pro socio.sed ipsemet Bal.cõtra morẽ suũ sequitur Bar. opinio.
quia.s.verbũ fructus siue proferatur a lege siue ab homine debet intelligi deductis
spensis vt in.d.§.fructus τ in.l.fundi trebatiani.ff.de vsu.lega.τ licet esset prolatũ
ab hoĩe tamẽ fundatur super dispositione legali ar.ff.loca.l.si vno in.§.si vero Spe-
cu.de loca.§.postquã versi.quid si tibi clemẽ.a statutũ de electio.q̃d intelligitur in
gabella que debetur ex fructib9 personalib9 vt in fructu fornacis secus si essent fru-
ctus reales puta frumentũ et similia quia tũc non fieret deductio spensarũ de deci-
mis pastoralis de quo per Alexan.in.d.l.non amplius τ in.d.l.fructus et quia non
est presens materia ibi latius videbis. ¶ Preterea idẽ Bal.in.d.l.j.iij.colu.C.de
fru.τ li.expen.dicit pone ꝙ impetraui a papa beneficiũ vsq ad valorẽ.c.florenorũ
in anno modo est quodã beneficiũ ex quo percipiũtur trecente corbes frumẽti va-
lentis aureos trecentos tamẽ tot spense requirũtur ꝙ ascendũt vsq ad ducentos
aureos q̃d tale beneficiũ non dicitur habere nisi centũ florenos in reditib9 ar. d.l.
j.est casus secundũ eũ in.l.illud.C.de colla.in.§.j.faciat tex.singu.in.d.l.sed si hoc
§.cuidã.ff.de condi.τ demo.q̃d si legatarius qui nõ potest solidũ capere grauatus
est aliquid dare causa conditionis implẽde eatenus quaten9 grauatus est potest ca
pere vltra partẽ a lege sibi concessam ad capiendũ ex qua infert Bal. ibi ꝙ si aliq̃s
donaret vltra legitimã summã cum tali honore ꝙ reduceret emolumentũ ad legiti
mam summã teneret donatio sine insinuatione/τ hoc prius fuit dictũ Bar.in.l.quo
tiens.ff.ad.l.falci. τ ibi Alexan.idem puta donas mihi vltra quingẽtos aureos sed
detracta gabella non restant nisi quingenti valet donatio sine insinuatione/ idẽ ibi

Jmmo.⁊ Pau.ideo tantũ debẽt extimari prouent⁹ ecclesie vel castri quantũ valẽt deductis onerib⁹ scd̃m Bal.in.d.§.cuidã/idẽ dicas in reditibus q̄ intelligũtur et extimãtur deductis expẽsis probatur notanter in.d.l.fundi trebaciani de vsu lega. quẽ ad hoc propositũ allegat Bal.in.l.nec in fine.C.de cõpensa.⁊ in.l.coheredib⁹ C.fami.her.facit.l.si vrbana.ff.de cõdi.inde.ff.de vsu fruc.titulo gene..l.de functa ibi ex reditu oleris et porrine.

¶ **Ex quibus infertur ad eos quibus debe**tur certa quãtitas annuatim vel in diẽ facit tex.nota.in.l.in falcidia nõ habetur.ff.ad l.falci.vbi est casus ꝙ legatũ in diẽ reputatur esse tãto min⁹ quantũ.est interusuriũ medij tẽporis vnde si alicui debẽtur centũ post annũ non cõputantur in bonis pre cisse illa centũ sed debet extrahi medij tẽporis interusuriũ qd̃ inducitur per Bar. ad questionẽ statuto cauetur qd̃ de cõtractu vel legato soluatur certa gabella triũ denariorũ pro libra qd̃ si promitto tibi soluere.xl.post annũ ꝓpter illud qd̃ minus valet propter interusuriũ medij tẽporis habẽda extratio etiã in min⁹ gabella soluẽda/idẽ ibi Alexã.ex eo q̄ tũc nõ cõpellitur soluere gabellã nisi in fine anni q̄ tunc cũ effectu agi potest ex legato vel cõtractu.l.penales in.§.annua.ff.ad.l.falci.sed si ex forma statuti debet solui in principio ⁊ ante aduentũ termini quid sit statuẽdũ vide Alexã.⁊ Bal.in.d.l.in annalib⁹.Facit etiã tex.notabi.in.l.cũ q̄ alias/idẽ Julia n⁹.§.messor de in diẽ a die vbi nõ tantũ extimat̃ si debet solui gabella ad terminũ sicut incõtinẽti q̇d si alicui debetur sub cõditione videtur qd̃ debeat extimari quãtũ vẽderetur cõmuniter illa spes cõditionis cas⁹ est ⁊ ibi docto.in.l.cũ ticio.ff.ad.l.falci.⁊ ibi Bar.⁊ in.l.ij.in.§.si sub cõditiõe.ff.de colla.bono. ¶ Hec tenebis menti q̄ plerũq ꝫ solu.matri.occurrũt sup̱ hoc cõtrouersie inter maritũ ⁊ heredes vxoris seu inter heredes amborũ sup̱ arris nã statim opponit̃ p̱ heredes viri cõtra vxorẽ repetẽtẽ arras qd̃ nõ debẽtur sibi in tãta quãtitate vt sonat ꝓmissio q̄ tp̄is ꝓmissionis bona mariti nõ erãt tãte extimatiõis qd̃ decima pars bonorũ sufficeret ad quãtitatẽ arrarũ sibi promissarũ vnde deuenit̃ ad extimationẽ bonorũ q̄ marit⁹ possidebat tẽpore quo promisit dictas arras ⁊ ad dictã extimationẽ faciẽda sunt necessaria q̄ superi⁹ dicta sunt q̄ multi possidẽt bona emphiteotica vel incẽsum ⁊ annuos reditus.

¶ **Nota vlterius istum tex. ibi ⁊ si mas le die**re/o pleyto sobre ello hiziere no vala.qd̃ maritus nõ potest constituere nec donare arras in maiori quantitate quã valeat decima pars bonorũ. ¶ Sed vnum tenebis menti ad hui⁹ partis limitationẽ quod si maritus tẽpore quo cõtrahit matrimoniũ est pauper ita quod non habet bona ex quib⁹ posset cõstituere arras vxori sue qd̃ si promittat vxori sue qd̃ dabit ei arras ex bonis que postea superlucratus fuerit valet promissio ⁊ quãdocũq ꝫ petierit a viro qd̃ reddat sibi arras quas ei promisit compellitur marit⁹ sibi tradere ita qd̃ non excedãt decimã partem bonorũ que maritus habuerit tẽpore quo vxor petit a viro dictas arras/et sic est ibi casus in quo nõ cõsideratur quantitas bonorũ tempore contracti matrimonij. Jste est casus singularis in.l.ij.incipit si el hierno in hoc titulo. ¶ Adde aliũ casum in quo valet datio arrarũ vltra quantitatẽ hic taxatã.s.si maritus antequã matrimoniũ cõtrahat per verba de presenti vẽdat vxori de bonis suis nã licet dicta vẽditio excedat decimã valet venditio/hec est lex notabi.in.ll.stili numero.ccxlvij.incipit otro si en el titulo de las arras vbi fit expressa mẽtio de hac.l.⁊ sic limitatur per dictã.l.stili. ¶ Jtẽ bene pro

Casus in quibus valet promissio arrarũ vltra decimam.

D

bat hec lex q̄ valet datio arrarū vsq̄ ad quantitatem promissam nec vitiatur in totū q̄ probatur hic ex quo nō permittitur vēdicare cōsanguineis nisi summā excessiuam ⁊ idem tenet hic Vincen. allegans .l. vj. que incipit donació que fuere hecha in fine in hoc foro libro .iij. titulo de las donationes. ¶ Vnum casum quotidianū perpetuo tenebis menti quo ad huius .l. dispositionē / pone enim quod mulier promisit viro suo magnā dotem / vir motus hac causa ⁊ ex magnitudine dotis promisse constituit arras mulieri excessiuas plus forte quā sibi daret si tantā dotē sibi nō promisisset / quod si dicta vxor virū fefellit in non implēdo dotē promissam quod dictas arras sibi hac contēplatione promissas non repetit / iste est casus valde nota. in .l. pollicitatione. C. de donatio. ante nup. vbi est casus quod mulier que virum in dote fefellit seu eum circumuenit donationem propter nuptias hac contēplatione factā non petit a viro nec ab eius herede ⁊ glo. nota. ibi dicit q̄ hec circumuentio potuit esse duobus modis. Primo quia promisit magnam dotem vel magnum patrimoniū in dote quod non impleuit ⁊ maritus in tanta dote confisus promisit seu fecit tantam donationem. Secundo modo quia forte bene impleuit promissionē dotis quam fecit sed virum fefellit in extimatione rerū dotaliū quia res quas dicebat valere viginti valebāt decē quam glo. cum tex. perpetuo cōmenda de qua Doctores magnū festū faciunt / facit .l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obli. plerunq̄ vidi de facto has circūuentiones tam circa dotem nō impletam quam circa extimationē et tenebis cordi vt scias opponere contra mulierem arras repetentem quando hac contemplatione sibi fuerunt promisse vel saltem in maiori quantitate quam alias permitteretur.

¶ **Circa hanc partē quero de questione multum** quotidiana soluto matrimonio mulier vel eius heres petit arras sibi per maritum promissas opponitur sibi quod non debētur sibi arre in tanta summa quātam maritus promisit quia tēpore quo eas promisit non habebat tātas facultates quod decima pars earū sufficeret ad quantitatē que fuit promissa / cui incūbet onus probandi. s. vtrū mulier tenetur probare facultates viri esse tam sufficiētes tempore promissionis quod decima pars ascendebat ad quantitatem arrarū / vel marito seu eius heredibus incūbat onus probādi quantitatem patrimonij ad arras diminuendas nec soluendas in quantitate promissa / pluries habui praticare de facto ⁊ est vtilissima questio ad instruēdum aduocatū in articulis faciēdis / ⁊ videtur dicēdum quod marito seu eius heredibus volentibus arras diminuere incumbat onus probandi paupertatem ⁊ q̄ ipse presumatur diues tēpore promissionis arrarū ad quantitatem arrarum promissam. s. q̄ decima pars bonorum sufficeret ad quantitatem promissam / Primo facit tex. in .l. si creditores in fi. ff. de preui. credito. ibi quod si neq̄ inopia laborantem creditores ostēdere potuerūt ⁊c. / vbi lex videtur imponere onus probandi ei qui allegat paupertatem ⁊ ibi Ange. dicit illum tex. nota. ad hoc quod allegans paupertatem alterius ad victoriā reportandā debet ipsam probare / hoc tenet glo. magna in .l. ij. ff. de probatio. vbi glo. dicit quod ei qui allegat seu opponit contra aliquem esse idoneū ⁊ soluendo incūbit onus probādi allegat ibi plura iura ad hoc probādū ex quib⁹ potes sumere fundamētum ad hāc partē / Alia est glo. que loquitur notabiliter in .l. si vero pro cōdēnato. §. q̄ pro rei qualitate. ff. q̄ satis dare cogā. / vbi glo. singulariter dicit / q̄ si diuitie sunt causa intentionis alicui⁹ ille debet probare se diuitē si paupertas esset causa intentionis alicuius ille debet probare se pauperem / ⁊ hanc approbat ibi Bar. / ⁊ secūdū illam distinctionē dicit esse intelligendā

questio.

glosam in.d.l.ij.Ange.sequitur ibi eam dicens non esse alibi/et sic habes ex illa qđ vbicūq diuitie vel paupertas sunt causa ꝛ fundamentū intētionis allegātis ei incūbit onus probādi/ꝛ hec regula habet locū nō solū in affirmāte verūetiā in negante/quādo negatiua est fundamētū intētionis negātis/iste est casus singu.in.l.penul. § docere.ff.ne quis eū qui in ius voca.facit.l.si ita stipulat⁹ versi.quid si ab initio.ff. de ver.obli/bonus tex.in.l.in illa stipulatione.ff.eo/ꝛ Bar. ibi dat regulam/qđ vbicunq negatio est causa intētionis alicui⁹ siue agētis siue excipiētis ei qui negat incūbit onus probādi/allegat dictas duas leges/ꝛ qꝛ vbi negatiua est causa officij iudicis primo illa negatiua probari debet quā suū officiū iudex interponat/ista est lex que a Bar. vbi supra ad hoc propositū reputatur mirabilis in.l.si quis consortiū.C de fabricem.li.xj.l.magis puto in.§.ne passim.ff.de re.eo.facit tex.singu.in.l. iiij. in.§.non prius.C.quan.fis.vel priua.ibi nisi patuerit principales reos idoneos nō esse/qui tex.videtur mihi valde nota.ad propositū/nam ibi est casus qđ fisc⁹ qui vult agere contra debitorē sui debitoris non potest nisi debitor principalis non est idoneus nec soluēdo ꝛ probatur ibi qđ fisco incūbit onus probādi debitorē suū nō esse idoneū/ꝛ sic est ibi casus qđ vbi aliquis negat aliquē esse idoneū volens se iuuare ad sui cōmodū ex eius paupertate tenetur probare ipse hanc negatiuā ꝛ paupertatem/ꝛ sic Bal.colligit ibi in princi.hanc negatiuā probandā/ratio secundū eum qꝛ per ipsam negatiuā aperitur via ipsi negāti/ꝛ ibi laudat glo.d.§.qui pro rei qualitate dicens esse meliorē que sit in iure/Adduci potest glo.singu.in.c. dudū de presump.vbi glo.dicit qđ ei qui dicit ecclesiā esse pauperē ꝛ non soluendo ita qđ eius reditus non sufficiunt ad recipiendū aliū clericū ꝛ fratrem incūbit onus probādi/et glo.in.c.bone el primo de electio.in parte naturā ad finē dicit qđ si negetur qualitas facti puta non est diligens non est soluēdo quod ei qui allegat incūbit onus probādi/idē Specu.in titulo de probatio.in.ij.parte.§.probare in.iij.colu.ver. restat videre de negatiua.Abb.in.d.c.bone approbat glo.qđ fundāti se super paupertate vel diuitijs incūbit onus probādi/et sic nego aliquē esse diuitem vel pauperem habeo ego probare hoc ita inquit ipse in penul.colu.versi.ꝛ in fine glo.¶ Cōtrariū teneo immo qđ mulieri seu eius heredi incūbit onus probādi facultates mariti tempore promissionis esse idoneas ad arrarum quantitatem que fuit promissa/nam certum est q hec lex aufert expresse marito potestatem donandi arras vxori vltra decimam partem bonorū que habet tēpore promissionis sed mulier petit arras in certa quantitate iam per consequēs affirmat maritū suum esse tam diuitē tempore promissionis arrarū quod decima pars bonorū suorū sufficiebat ad quantitatem arrarū sibi promissarū ꝛ sic fundamentū sue intentionis est quātitas patrimonij mariti sui/sed certum est qđ diuitie est quedam qualitas extrinseca que a natura non inest sed per accidens quia qualitates extrinsece regulariter nō presumūtur/ꝛ sic nō presumitur quis diues esse nisi probetur/ꝛ qđ qualitas extrinseca nō presumatur est casus in.c. si forte de electio.li.vj.ibi super ipso defectu ante omnia subijciatur examini et ibi glo.ponit hanc theoricā/facit de prebe.cū secundū de eta.ꝛ qualita.accepimus ꝛ de profe.ꝛ medi.l.magistros et.l.sequē.de sacrosancti eccle.l.qui sub pretextu qui acusa.non po.l.non ignorat/preterea regulariter quicūq aliquid affirmādo dicit ipse probare debet.l.ei qui in princi.ff.de probatio.ꝛ.l.quotiens in.§.j.ꝛ fina.co.titulo cum alijs multis/sed cū mulier affirmat arras sibi debitas ꝛ per cōsequens facultates viri tēpore promissionis arrarū sufficere ad decimā quātitatis promisse videtur per cōsequēs in diuitijs mariti facere fundamētū ergo astringitur ad hoc probandū.

¶ Preterea videtur mihi antiquos veritaté hui⁹ passus cōprehendisse inter quo
est Cyn⁹ in.l.actor.C.de probatio.ex cui⁹ distinctione cōstabit veritas hui⁹ mee de-
cisionis in proposito ꝛ repellētur fundaméta superius in oppositū adducta/ qd vbi-
cūq₃ est aliqua negatiua qualitatis extrīsece vt diuitiarū vel pauptatis tūc si ratiōe
talis qualitatis petit se ad aliquid admitti ꝛ tunc debet probare illam qualitaté su-
per qua se fundat ꝛ sic si aliquis fundat intentū suum super diuitijs alicuius tenetur
illas probare / iste est casus notand⁹ ad propositū in.l.si vero pro condénato in.§.
qui pro rei qualitate.ff.q̄ satisda.cogā/ibi vel si dubitetur approbatū fideiussoré ꝛc.
vbi tex.eleganter dicit qd si aliquis recusauerit accipere fideiussorem euidétissime
locupletem tenetur actione iniuriarū idem si dubitaretur vtrū esset locuplex vel ne si
esset approbatus per aliū/ecce casum expressum de questione quod qui tenetur dare
fideiussoré de iudicio sisti est necesse qd det fideiussoré locupleté ꝛ idoneum/sed dicit
tex.q̄ si est dubiū vtrū fideiussor sit locuplex vel nō incūbit onus probādi ei qui dat
dictū fideiussorem cum fundet se in eius idoneitate respectu facultatū qui tex. est fa
mosus ad propositū quia cū maritus nō posset promittere certā quantitaté arrarū
nisi esset tātum locuplex qd facultates eius sufficerent vt decima earum pars equi
valeat quantitati promisse sequitur qd mulier petens dictas arras probet maritum
esse tam locupletem vt posset promittere dictas arras que non excedunt decimam
partem sui patrimonij/Et ad hoc iuuat glo.singularis in dicto.§.qui pro rei qua-
litate cōmuniter aprobata.s/qd vbicūq₃ diuitie seu pauptas sunt causa ꝛ fundamen-
tum intentionis alicui⁹ ille tenetur probare diuitias qui ex eis inititur fundare in-
tentū/sed cū vxor prius ꝛ principaliter fundat intétū suū ꝛ arras sibi debitas in quāti
tate promissa ex idoneitate mariti in facultatib⁹ cū a lege nō permittatur sibi conce
dere nisi decimā facultatū sequitur qd ei incūbit onus probādi idem si intentioné
fundatā aduersarij vellet aliquis repellere nam et tunc debet probare ille qui vult
alium repellere.ff.de probatio.l.nō est necesse de magis.cōue.l.j.§.si magistratus
Eandem distinctioné facit in probāda paupertate vbi aliquis tanquā pauper petit
se ad aliquid admitti.ff.de preui.credi.l.si creditores.de here.actio.l.si adulta.Idé
si intentioné fundatā aduersarij vellet repellere propter paupertaté quia tenetur
illam probare.ff.de excusa.tuto.l.paupertas insti.de excu.tuto.§.item propter pau
pertaté nam ibi ideo tenetur allegās paupertaté illā probare quia intentio alterius
aduersarij erat fundata de iure quia quilibet debet munus sibi impositum subire
nisi iustam habeat excusationem ꝛ ad tale onus ius presumit quemlibet idoneū/nisi
cōtrariū probet vt dicit Cynus. ¶ Per hoc respōdebitur ad aliqua motiua supe
riora in quantū dicebā qd quis tenetur probare negatiuā que est fundamentū sue
intentionis ꝛ sic negās maritū diuité ꝛ allegans paupertaté videbatur esse astrictus
ad illud probandū nam illud obtineret si vxor haberet fundatā intentioné de iure
cōmuni circa diuitias mariti sed illud non est sic immo ipsa astringitur pri⁹ ad illas
probādas tanquā principale fundamétum intentionis sue.distinctionem Cyni ad
litterā sequitur ibi Barto.de Salice.per verba Cyn.licz auctorem taceat idem ibi
Iaco.But.ꝛ fuit originale Acursij in.d.§.qui pro rei.Item allego tex.singu.in.l.
ex persona.C.de probatio.ibi si eundem collegam tempore depositi officij soluendo
fuisse ostéderitis vbi est casus singularis qd vbi aliquis allegat se diuité ad funda-
mentum sue intétionis tenetur probare se esse diuitem ad hoc Ange.ibi facit illum
tex.singu.idé in paupertate licz Cyn⁹ in.d.l.actor aliā dicat esse rationem illi⁹ tex.s.
quia cōstabat de paupertate presenti ꝛ hec est veritas quia lex nec presumit aliqué

diuitẽ nec pauperẽ sed solũ considerat vtrũ vellet quis fundare intentũ suũ ex diui
cijs seu ex pauꝑtate quia allegãti quodlibet istorũ ad intẽtionẽ suã incũbit onꝰ pro⸗
bandi vt ex discursu legũ super hoc loquentiũ colliges/ et late Cyn. et Salice. in. d.
l. actor. ⁊ Ange. in. d. l. ex persona. ¶ Unde totũ fundamentũ residet in hoc qȏ mu
lier est illa que priꝰ allegat ad intentionẽ suam fundandã diuitias mariti cũ lex ista
permittit solũ marito dare certã quãtitatẽ. s. decimã/ mulier ergo q̃ dicit quantita
tem patrimonij mariti esse tã idoneã vt quãtitas arrarũ nõ excedit decimã/ hoc pro⸗
bet. Predictã theoricã glo. Cyn. Salice. ⁊ aliorũ/ sequitur Bal. in. c. fina. de presũ⸗
ptio. iij. colu. s. qȏ vbi negatur qualitas extrinseca qualis est illa esse pauperẽ vel di
uitẽ ille qui petit se admitti ad aliquid obtinendũ ille debet probare illã qualitatẽ
non is qui negat. ¶ Ex quo infert qȏ si statutũ est ne aliquis assumatur ad officiũ
tale nisi habeat centũ in bonis si alicui assumẽdo opponatur ꝙ non est soluẽdo/ ipse
debet probare se esse soluẽdo/ allegat glo. d. l. si creditores. ¶ Allego ad propositũ
casum notandũ ⁊ peregrinũ iũcta glo. famosa ibi in. l. cũ de. l. falcidia. ff. de proba.
qui apte hoc videtur determinare ⁊ illam induco sic/ ibi est casus qȏ inter heredẽ
⁊ legatariũ erat questio super falcidia qꝛ heres cõueniebatur a legatarijs vt inte⸗
gra legata eis solueret/ heres negat ⁊ recusat integra persoluere qꝛ dicit nõ remane
re sibi quartã nomine falcidie attẽta pauꝑtate ac insufficiẽtia facultatũ quia forte
hereditas nõ valet nisi centũ ⁊ legata erãt nonaginta/ dicit glo. ibi elegãter qȏ licet
heredi incũbat probatio/ tamẽ quoad quantitatẽ patrimonij ⁊ valorẽ hereditatis
sufficit assertio heredis sed quãtitas legatorũ plene probanda est/ et sic est ibi casus
iuncta glo. qȏ ad quantitatẽ patrimonij probandã sufficit assertio rei cõuenti q̃ pluꝰ
dicit valere tenetur probare qȏ mirabiliter infert in proposito: nam cũ mulier agat
contra heredes ad soluẽdas arras sibi promissas heredes opponũt facultates ma⸗
riti tẽpore promissionis non valere nisi tantũ ita ꝙ decima earũ non sufficiebat ad
tantã arrarũ quãtitatem quãta promissa fuit qȏ sufficit hoc asserere si mulier dicat
pluꝰ valere ꝓbet/ ⁊ hec apte fuit opinio Accur. in. d. l. cũ de lege/ nã dicit qȏ licet ibi
incũbat onꝰ probãdi heredi vtrũ habeat locũ falcidia qȏ hoc probat probãdo quã
titatẽ legatorũ ⁊ asserẽdo tantũ esse in bonis/ subdit glo. qȏ si legatarij dicerẽt tan⸗
tum remanet penes heredẽ ꝙ sufficiat ad falcidiã/ ipsi debẽt probare vt in. §. licen
tiã. l. fina. C. de iure delibe. vnde stat glo. in hac cõclusione ꝙ solum heres teneatur
probare legata sed quo ad quãtitatẽ bonorũ probandã sufficiat assertio sua/ ⁊ idẽ
Bar. in. l. si constãte. ff. solu. matri. quasi sub nube videtur approbare glo. in. d. l. cũ
de lege licet in alia materia nã de iure. ff. si cõstante matri. bona mariti non sufficie⸗
bant ad dotis exactionẽ ⁊ eiꝰ quantitatẽ vxor poterat agere ad dotẽ cõstãte matri.
monio vt in. d. l. si cõstãte/ mouet Bar. questionem qualiter probabitur viri faculta
tes nõ sufficere ad dotis exactionẽ dicit qȏ probãdo vxor plene quãta debita ma⸗
ritus debet ⁊ asserẽdo virũ habere tot bona que ad debita exoluenda non sufficiãt
per dictã glo. mouetur quia cum hec sit negatiua non est aliter probabilis loquitur
ibi Bar. more suo elegãtius in hoc passu. Sed clarius se determinauit idem Bar.
in. l. fina. §. licẽtia. C. de iure deli. vbi dicit ibi esse casum nota. questionis/ ego volo
probare hereditatem non sufficere ad debita qualiter probabo cum ista sit nega⸗
tiua mere refert ad glo. d. l. cum de lege. s. quod heres dicat tantum esse in heredita
te qui vult dicere quod in ea est plus hoc probet/ dicit esse casum in. d. §. licentiam
vbi heres ostendit inuentarium dicens hoc est in hereditate si legatarij et credito⸗
res dicunt plus esse in hereditate hoc ipsi probant vbi est casus. idẽ Bar. in. l. decẽ

in princi.ff.de verbo.obligatio.qualiter probabitur quem tantum habere in bo-
nis vel qd non est soluẽdo dicit esse clarũ in ciuitatibꝰ vbi sunt libri habentes stimũ
cõmune qꝛ mõstrabo libros qui dicit plus esse in bonis hoc probet allegat dictã glo.
idẽ sentit Bar.in.l.cõficiuntur in princi.ff.de iure codici: rusticꝰ in villa potest te-
stari cũ quinq̃ testibꝰ si nõ potuit plꝰ habere.l.fina.C.de testa.qualiter probabitur
qd non potuit plꝰ habere dicit qd per assertionẽ hoc dicentis est probata ꝛ fundata
intẽtio sua/qui contrariũ dicit probet/allegat dictã glo.hoc argumẽto dicte glo.vi
detur vti Bar.ff.de no.ope.nũ.in Rubri.vbi dicit qd si aliq̃s producit particulã sta
tuti presumitur totũ produxisse qui dicit plꝰ cõtineri in statuto hoc ꝓbet per dictã
glo. ¶ Sic ergo Bar.fuit in hac opinione motꝰ principaliter ex hoc in.d.l.si con-
stante/qꝛ cũ ista sit negatiua mera puta nõ habes tantũ in bonis non sunt bona tua
sufficientia ad dotis exactionẽ non sit probabilis/ideo sufficit eiꝰ allegãtis siue op-
ponẽtis assertio/q̃ plꝰ dicit esse in bonis hoc ꝓbet. ¶ Ex quo infert in.d.l.si cõstãte.
in.iij.colu.in vsi.ex ꝓdictis nota.qd non solũ in casu.d.l.si cõstante sed etiã in oibus
casibꝰ in quibꝰ idẽ esset probandũ.s.bona alicuiꝰ ad aliquid nõ sufficere nec esse ido
nea sufficere et asserere tot esse bona/qui dicit plura esse tenetur hoc ꝓbare ꝙ est no-
tandũ/huiꝰ intẽtionis fuit Ange.in.l.cũ ex causa.ff.de reiudi.nã ibi est casus qd si
dubitatur an facultates donatoris sint sufficiẽtes ad satisfactionẽ donationis ad hi-
betur in hoc diligẽs inquisitio/dicit tamẽ Ange.qd si donator dicit se nõ habere ni
si hanc domũ vel fundũ si donatariꝰ dicit oppositũ sibi incũbit onꝰ probãdi/alle-
gat dictã.l.cũ de lege ꝛ.d.§.in cõputatiõe/cũ eo simpliciter trãsit ibi Immo.idem
sentiũt ambo in.l.mutũ.ff.de adqui.here.hoc idẽ sentit Bal.in.d.l.cum de lege/di-
cens illã glo.esse nota.ꝛ mẽti tenendã ad hoc qd si aliquis allegat qd bona alicuiꝰ
sufficiũt ad tale qd ei incũbit onꝰ probãdi q̃ ad hoc dicit bona esse idonea Roma.in
Rubri.de no.ope.nũ.trãsit cũ opinio.Bar.adducit vltra eũ tex.in.l.si is qui.ff.de
testa.vbi est casus ꝙ si quis ꝓducit scripturã testamẽti nec apparet vtrũ fuerit pfe-
ctũ per testatorẽ vel nõ qd in dubio presumit perfectũ.l.si fideicõmissa in.§.si rẽ.ff.de
lega.iij.Frãcis.Zaba.in.c.fina.de p̃sumptio.seq̃tur etiã intellectũ.d.glo.in quadã
q̃stione ꝑ eũ nota.s.vtrũ impetrãs gratiã ad beneficiũ certi valoris tenetur proba-
re verũ valorẽ dicẽs ibi esse casum ꝙ si dico patrimoniũ alicuiꝰ nõ valere nisi tantũ
eo ipso hoc probo qd nõ probatur cõtrariũ ꝛ illud est secundũ eũ propter iuris pre-
sumptionẽ qꝛ nullꝰ p̃sumitur soluẽdo nisi ꝓbetur/q̃ oia ad propositũ ꝑpetuo nota.
ꝛ opinio.Bar.seq̃tur Anto.in.c.j.ad finẽ de ꝓba.Pau.de Cast.in.l.maritũ in prin.
ff.solu.matri. ¶ Est verũ qd dicta glo.licet nõ quo ad casum nostrũ sed gñaliter ad
oia negotia prout illã extẽdit Bar.in.d.l.si cõstãte.semꝑ mihi visa est terribilis/ideo
illa nec doctrina Bar.nõ sunt absq̃ discordia apud antiquos ꝛ etiã modnos scribẽ
tes/reperio enim Iaco.But.in.l.actor ad finẽ.C.de ꝓbatio.q̃ in quodã mẽbro sue
distinctiõis videt sentire qd allegãs ꝛ dicẽs pauperẽ debeat probare tanq̃ per hoc
priuãs ꝛ negãs diuitias qꝛ vba priuatiua ita negãt sicut negatiua ꝛ in his vbis sen
tit nõ admittẽdã subauditionẽ glo.sed tex.prout iacet.s.qd heres cũ dicat se paupe-
rẽ ex quãtitate patrimonij hoc ꝓbet/sed in fine.d.l.actor/dicit qd in.d.l.cũ de lege
actor ꝛ reus cõfitebãtur tot predia esse in hereditate ꝛ nõ plura ꝛ sola erat q̃stio de
extimatione rerũ sed hoc cõtinet diuinationẽ/vnde Ioã.de Immo.in.d.l.si cõstãte
tenet cõtra Bal.in.vj.colu.in vsi.Itẽ adde immo qd assertio mulieris asserẽtis ma-
ritum inopẽ ꝛ eius facultates non sufficere ad dotis exactionem non probet nec se-
quitur/mulier asserit tot bona esse ergo nõ sunt plura/adducit auctoritatem Iaco.

Bar. hoc sentiétis in. d. l. actor/ ꝛ hãc opinio. sequitur idé Jmo. in Rub. de no. ope. nũ. Jdé Bar. in. d. l. cũ de lege. Roma. in. d. l. si cõstante. Jdé Rapha in. d. l. decem refert etiã Alexã. in. d. l. si constante esse in hac opinio. cõtra Bar. Jmo. Roma. ꝛ Paul. de Cast. in. l. mevia in. §. fina. ff. solu. matri. licet Jmo. in mea lectura hoc non dicat. ¶ Mouétur isti quia de necessario probatio debet cõcludere de necessitate. l. nec natales. C. de probatio. c. in presentia de probatio. sed sola assertio partis asserẽtis non esse plura bona/ nõ cõcludit de necessitate pro quo facit. l. marit⁹. §. post aditã. ff. ad. l. falci. ꝛ. l. j. §. cũ dicitur. ff. cui plusquã per. l. falci. q̃ duo iura fuerunt adducta per Roma. Domi. Alexã. Jmo. more suo loquitur notãter ꝛ copiose in trib⁹ locis. s. in. l. fina. in. §. licẽtiã. C. de iure delibe. ꝛ in. l. si constãte. ff. solu. matri. ꝛ in Rubri. de ope. no. nũ. ꝛ licet timid⁹ propter auctoritaté Bar. qui nõ est leuis auctoritatis/ affirmat in pũcto iuris nõ esse verã. Ultra alia probat in. d. l. decem vbi nõ statur dicto creditoris qd nõ extẽt plura bona nisi mittãtur nũcij ꝛ exploratores qui se informẽt maxime a vicinis quib⁹ in hoc creditur iuxta glo. in. l. ij. C. quãdo fis. vel priua. ¶ Ego vltra oẽs retorqueo dictã. l. cũ de lege cõtra Bar. et dico ibi esse casum expssum cõtra eũ cui difficiliis potest dari respõsio/ immo reputo impossibile congruã dari respõsioné/ ibi enim Celsus cõsult⁹ inquit qd cũ de lege falcidia queritur heredis probatio est locũ habere legé falcidiã: ecce ergo casũ palam determinanté totũ oppositũ ei⁹ ad quod allegatur p Bar. et sequaces. nã ibi heres cõueniebatur ad integra legata a legatarijs/ ipsi opponebãt nõ esse tã sufficiẽtes facultates testatoris qd sufficerẽt ad integra legata deducta quarta falcidie/ ꝛ dicit tex. qd heredi incũbit on⁹ probãdi sed dicere qd hoc probabit per solã assertionem suã. est rediculũ proferre nec talia cogitare fas est viro docto/ nec ista fuit mẽs Celsi immo sensit de vera probatione qd clare demõstrãt verba tex. dicẽtis/ qui dũ probare non potest condénabitur: sed si ille tex. intellexisset de pbatiõe per assertioné solã heredis. nunq̃ eueniret casus qd deficeret in probatione nec possent verificari verba tex. dicẽtis qui dũ probare nõ potest. ¶ Credo qd ratio illi⁹ tex. est qꝛ heres allegat dictã negatiuã diuitiarũ ad fundamentũ sue intẽtionis cũ legatari⁹ habeat pro se presumptioné testaméti in quo legatũ integrũ relictũ est et vbi quis negat allegãs paupertaté ad fundandũ se ex ea seu ad cõmodũ cõsequendũ tenetur illã probare/ idé in diuitijs iuxta tex. et glo. nota. in. d. §. qui pro rei qualitate. ¶ Adhuc secũdũ hũc intellectũ dico esse casum in principali q̃stione presupposito qd mulier petens arras allegat ad intentioné suã fundandã diuitias mariti: vnde arguẽdo de paupertate probãda ad diuitias probãdas quãdo vtrũq̃ allegatur ad aliquid cõsequendũ ex eo vt dicit glo. in. d. §. qui pro rei qualitate. et oẽs Doctores superius relati: dico ibi esse casum famosum de questione principali ꝛ ex eo clare elicitur qd vbicũq̃ fundat aliquis se in quãtitate patrimonij ad aliquod consequendũ ei incũbat on⁹ probãdi/ ꝛ sic ibi heres cõuent⁹ a legatarijs artatur ad probandũ quantitatem patrimonij cũ ex illa fundet cõmodũ ꝛ intentioné suã: vnde tex. non caullat⁹ est famosus ꝛ satis clar⁹ si Accur. ei⁹ intellectũ non turbasset ad decissionem nostre questionis. remanet ergo Bar. opinio sine lege ꝛ manet in glo. nuda carente fundamento in. d. l. cũ de lege/ q̃ tenet qd heres pbat insufficiẽtiã facultatũ ad quã vt ex ea aperte colligitur stat facilis respõsio qꝛ dicta glo. loquitur quãdo heres inuentariũ cõfecisset qꝛ tũc est scriptura solénis facta in presentia publicarũ personarum cum maximis solemnitatib⁹ de quib⁹ in. l. fina. C. de iure deli. ideo nimirũ si presumptio resultans ex dicta publica scriptura infundat onus probandi legatarijs si velint pro

bare esse alia plura bona vltra cōtenta τ descripta in inuētario τ quod ista sit mens glo. patet ex. d. §. licentiā quē allegat qui loquitur de inuētario et bonis descriptis in eo q2 de iure. ff. non erat cognitū inuentariū et sic quelibet dictarū legū loquitur in casu suo τ hec est verissima solutio quā sequūtur quidā moderni τ placet Alex. vtrobiqꝫ/τ reuera hoc fuit de mēte Bar. si recte pōderetur in. d. §. licentiā. vbi loquitur de inuētario. τ in. d. l. decē/vbi loqtur de libro vbi est extimū cōmune bonorū. ¶ Per predicta cōcludo qđ mulieri arras petēti incūbit onus probādi quātitatē patrimonij tēpore promissionis arrarū esse tā sufficientē vt decima ei9 pars sufficeret ad arras promissas/ideo infinitis vicib9 praticaui semp ex parte vxoris facere articulos super quātitate patrimonij ita qđ excluderetur ad quantitatē equiualentē ita vt decima pars valeret tantū sicut quātitas arrarū promissarū τ hoc semp fuit equissimū mihi maxime q2 tēpore quo tractatur de nuptijs cogitātes maritos nunqꝫ euenire casum arrarū soluēdarū semp vidi eos plurimū excedere in arris promittēdis a meta hui9 legis. Ad argumēta que in contrariū adduci vnico verbo potest respōderi. s. ex distinctiōe glo. in. d. §. qui pro rei qualitate. ¶ Cogitabā si posset affirmari predicta esse vera nisi mulieri essent statim qđ matrimoniū cōtractum fuit arre realiter tradite/τ earū possessio vt multotiēs accidit inter nobiles τ illustres barrones qui dāt vxori aliquē locū seu villā vel aliā quālibet hereditatē quā sibi cōstituunt in arris tradūt ei statim possessionē/itaqꝫ soluto matrimonio ipsa remanet in possessione: opponitur ei per heredes mariti qđ dicta hereditas seu villa excedit decimā quia ex quo ipsa est in possessione/heredib9 mariti incūberet on9 probādi. Mouet me quedā cōsideratio Cyni in. d. l. actor/nā postqꝫ dixerat qđ vbi alicui negatur qualitas extrīseca accidētalis ille qui petit propter dictā qualitatē ad aliquid se admitti tenetur illā probare/subdit nisi ille qui negat illā qualitatē adesse alteri petat illū remoueri ab eo ad qđ iam admissus est qđ multociēs fit vt dicit tex. in. l. sed τ reprobari cū similib9. ff. de excusa. tuto. nā isto casu tenetur ꝓbare is q̄ negat τ petit illū remoueri. mouet̄ q2 ex quo ali9 est in quasi possessiōe ꝓsumitur sufficiens τ idone9 donec cōtrariū ꝓbetur de profe. τ medi. l. ij. ibi inutilis esse reperierit. l. j. C. qui τ aduer. quos. idē ibi Salice. addēs aliā rationē. s. cū ali9 est in quasi possessiōe iste q̄ negat qualitatē per quā vult eū remoueri a quasi possessiōe/allegat dictā negatiuā qualitatis ad fundamentū sue intētionis merito illā probare tenetur vt superius dictū est. ¶ Sic videtur dicendū in ꝓposito cū mulier possideat id qđ noīe arrarū a marito fuit donatū τ cōcessum τ heres mariti vult infringere arras in tanta quātitate ea existēte in possessiōe/τ ꝑ cōsequēs petit eā remoueri ab eo ad qđ iā admissa est ex traditiōe sibi facta videt̄ qđ allegāti hāc negatiuā idoneitatis contra eā incūbat on9 probādi maxime q2 ipse hoc allegat ad suā intētionē probandā cū ipsa sit in possessione τ ita videtur mihi tenendū q̄omnia tene mēti quia quotidiana.

Vtrum cū iuramento valeat promissio arrarum vltra decimam.

¶ Quero tertio et habui de facto pluries maxime apud Galletiā τ Tolletū et in alijs negotijs arduis ad me ex diuersis partib9 occurrētib9 marit9 promittit arras vltra summā hic taxatā τ ad corroborationē sue promissionis renūciat huic legi cū iuramēto/vtrū dicta promissio validetur dicta renūciatione τ iuramēto. Alfon. hic relator Phil Epi refert postillā episcopi tenētis qđ nec valet renūciatio nec iuramentū validat talē renūciationē cōtra hāc. l. facit mouetur episcop9 per verba hui9. l. ibi/No pueda: et ex notatis per aliquos Doctores in. l. si quis pro eo de fideiusso. τ in. c. si diligenti de foro cōpe. τ Alfon. mouet̄

ex dictis cuiusdã antiqui Guill. de Mõtelau. ipsum pridie emi satis paruo precio in cle. vnica de iureiur. ꝛ Hẽrrici in. c. fina. de donatio. inter virũ ꝛ vxorẽ. tenẽt enim ipsi qđ iuramentũ nõ potest validare donatiões inter cõiuges reprobatas: hec fuit intentio nostri Alfon. ego nõ habeo illã apostillã episcopi quã ipse allegat. Recta videtur mihi hec cõclusio licet nõ ex fundamẽto Alfon. de dona. inter virũ ꝛ vxo. reprobata iuramẽto/ꝛ licet ipsi nõ allegãt verũ est qđ multi tenẽt qđ donatio inter virũ ꝛ vxo. nõ firmetur iuramẽto inter quos fuit Bal. Doctor Perusinꝰ in. l. si quis in quilinos. §. fi. ff. de lega. j. Bar. in. l. cũ qs. §. penul. ff. de lega. iij. Bal. in. l. j. de dona. inter vi. et vxo. et in. l. cũ multa penul. colu. C. de bonisqꝫ libe. et in. l. ij. in prin. de reivẽ. Salic. et Falgo. in. l. j. C. de dona. inter vi. ꝛ vxo. Jmo. in repe. c. cũ cõtingat de iureiurã. in. vij. mẽbro Salic. in. l. cũ multe. C. de dona. ãte nup. eo qꝛ ratio prohibitiõis est propter libidinẽ et sic cõtra bonos mores/ideo nõ validatur iuramẽto et qꝛ. l. ei resistit. l. nõ dubiũ. C. de legi. sed cõtrariũ tenet Bar. in. d. l. si qs pro eo in fi. verbis de fideiu. dicẽs qđ donatio inter virũ et vxo. firmatur iuramẽto cũ hec sit ꝓhibita vtilitate priuatorũ ne vnꝰ fiat ditior alter pauperior nimio amore/idẽ Guill. in. l. j. ff. de dona. in. vi. et vxo. et in. l. sed si possessor. §. itẽ si iurauero. ff. de iureiurã. Joã. Andre in addi. ad specu. in Rub. de don. inter vi. et vxo. in vltima questione. Cardina. in clemẽ. prima in. §. porro in. v. q. de iureiu. Bar. in quodã cõsilio incipit/dicit statutũ Ange. in. l. pe. §. mulier solu. ma. Paul. de Cast. in. l. pacta q̃ cõtra C. de pactis. Bal. in repe. l. ij. de iureiu. cõsuluit Ange. consilio. liiij. Rapha. in. d. l. si qs pro reo. Bar. in. l. j. de dona. inter vi. et vxo. aliqđ in. l. Seyꝰ augeriꝰ ad. l. falci. Fede. cõsi. cxl. hãc secutꝰ est Alexã. in. ij. volu. cõsiliorũ cõsi. viij. ꝛ est magis cõmunis opinio attẽtis fundamẽtis vtriusqꝫ partis q̃ hic obmittũtur tanqꝫ extra ꝓpositũ et sic ex hoc fundamẽto nõ esset tuta ista pars quo ad arras/cũ sit magna diuersitas inter scribẽtes/ideo firmiori petra in fundamẽtũ eget ista decissio in materia nr̃a arrarũ. ¶ Et moueor ad hoc tenendũ ex doctrina Bar. in. d. l. si qs pro eo in. iij. colu. in versi. iij. dixit ibi aduerte tamẽ dicẽs qđ vbi lex nõ solũ prohibet cõtractũ vel alienationẽ tantũ sed etiã preceptũ dirigitur ad ꝑsonam ꝓhibitiue: puta qđ mulier nõ alienet vel nõ emat ꝛ sic de similibꝰ tũc talis cõtractꝰ nõ potest iuramẽto firmari eo qꝛ preceptũ legis facte ab habẽte potestatẽ ligat et cõtrauenẽs peccat mortaliter cum scriptũ sit q̃ nõ obedierit principi morte moriatur. c. ij. de maio. et obe. sed iuramẽtũ interpositũ sup obseruatione peccati mortalis est nullũ cũ ita demũ debeat obseruari si nõ vergit in dispẽdiũ salutis eterne allegat notata per Hostiẽ. ꝛ Joã. Andre in. c. licet de iureiu. li. vj. dicentes quod si mulier primo iurauit nõ alienare fundum dotalẽ postea secundo alienauit cum iuramento de non contraueniendo non valet secũda alienatio ex quo infert qđ si fideiussor daretur pro dote cõseruãda cum iuramento nõ valet fideiussio cũ prohibitio dirigatur in ꝑsonam per titu. ne fideiu. do. den. ideo dixit ibi glo. in Rub. qđ illi legi nõ potest renũtiari/ita se expedit Bar. dicens hoc volo te notare multũ propter statuta diuersa que fiunt per mũdum vt semper inspicias an statutum prohibeat personas contrahere/puta vt nullus contrahere audeat cum muliere vel vt mulier non contrahat nisi certo modo qꝛ si contra fiat cõtractus non firmatur iuramẽto secũdũ eum qđ est notandũ/idem tenet in. v. colu. in fine quinte questionis dicens qꝫ si prohibitio fiat ex parte debitoris puta vt nullus minor vel nulla mulier posset aliquẽ contractum facere sine certa solẽnitate si cõtra fiat nõ firmabitur cõtractꝰ iuramẽto propter peccatũ mortale inde resultans qđ iterũ commẽdat propter multa statuta terrarũ. hanc theoricam approbat idem

Bar. ⁊ Ange. in. l. fina. C. ne fide. do. dē. Bar. ⁊ Ange. in auct. sacrā puberū. C. si ad
ver. ven. Ange. in. d. l. si quis pro eo ⁊ hec est cōmunis opinio licet nō sit absq; con
tradictore immo ꝙ etiā si ꝓhibitio dirigatur in personā firmatur cōtract⁹ iuramē⁄
to quā opinionē seqūtur Anto. de But. Joā. de Ligna. Joā. de Jmo. ⁊ Abb. in. d. c
cū cōtingat. Salice. ⁊ Fulgo. in. d. auct. sacrā Rapha. Cuma. ⁊ Paul. in. d. l. si quis
pro eo. ⁊ dicit ibi Paul. pluries se sic cōsuluisse/ idē Alexā. in cōsi. liij. incipi. visis ⁊
cōsideratis in. viij. colu. iij. volu. versi. non obstat/ sed opinio Bar. est cōmunior et
meli⁹ fūdata/ quā idē Alexā. secut⁹ est cōsulēdo in. j. volu. cōsi. lix. incipi. viso instru
mēto ⁊ titulo q̄stionis. ij. colu. in vsi. sed si loquatur. ergo cū hec lex loquatur prohi⁄
bitiue dirigēdo ꝓhibitionē in personā ibi. no puede dar mas en arras ergo ⁊c. ma
xime quia annullat donationē vltra sumā factā ⁊ applicat eam cōsanguineis proxi⁄
mioꝛib⁹ vt ipsi admittātur ad petendū vltra summā taxatā. ¶ Et vltra p̄dicta ad ꝓ⁄
positū seruiūt vba Bal. in Rubri. de iureiurā. iij. colu. vbi dicit/ itē nota qꝺ nō valet
iuramentū ꝓpter defectū sue potestatis vt si filius fa. iurat in macedoniano vel vbi
prohibetur cōtrahere nō firmat cōtractū iurādo. l. fina. §. filijs autē. C. de bonisq;
libe. Jtē nō valet si iuretur fieri illud qꝺ est ꝓhibitū fieri q2 est cōtra bonos mores
vel ius naturale seu diuinū/ vel ꝑtinet ad contumeliā superioris. l. si stipulet de ver.
obli. c. nō est obligatoriū de regu. in. li. vj. subdit ꝙ etiā si nō est prohibita datio vel
factū seu executio sed ipse cōtract⁹ est prohibit⁹ si ꝓhibeatur fauore speciali valida
tur iuramēto de iureiur. c. mulieres si odio speciali ⁊ nō firmat̄ iuramēto vt in Ma
cedoniano/ si autē ratio prohibitionis nō est fauor vel odiū sed alia ratio equitatis/ ⁊
tūc siue prohibitio cōtineat ius bonū ⁊ equū siue equū tantū vel bonū tantū ⁊ nō
validatur iuramentū nec valet iuramentū quia sicut nō valet cōtra laudabilē cōsue⁄
tudinē ita nec cōtra laudabile statutū. l. pactum. C. de colla. ¶ Unde infert ꝙ si ex
forma statuti mulier nō potest se obligare sine cōsensu duorū propinquorū si obliga
ret se sine dicta forma etiā cū iuramēto non valet/ idē si statutū disponeret de minore
vel filio fa. q2 vbi deficit forma deficit ius cōmune: ⁊ ꝑ cōsequēs obligatio naturalis
ff. de cōsti. pecu. l. j. §. j. ⁊ idē Bal. ibi in. d. Rubri. eadē colu. dicit ꝙ vbi statutū im⁄
ponit pretiū in reb⁹ vendēdis si hec forma nō seruetur nil valet cōtract⁹ etiā cū iu⁄
ramēto eo q2 deficit forma ⁊ ius cōmune/ ⁊ q2 vbi cōtract⁹ cōtinet iniquitatē ⁊ est vl⁄
tra modū taxatū a iure/ non nascitur obligatio naturalis secūdū eū. ff. de cōdi. inde.
l. si non fortē. in fine principij q2 lex dānat cōtractū tanq̄ iniquū/ sec⁹ si sententia ho
minis reqritur. l. iij. de res. vendi. ⁊ ibi respōdet nota. ad argumēta q̄ in oppositū pos
sent adduci/ ⁊ videtur mihi famosa hec determinatio tāgēs in punto ꝓpositū q̄stio⁄
nis quo ad hāc. l. in qua expresse taxatur marito quātitas donationis arrarū: ⁊ idē
Bal. in. d. Rubri. iiij. colu. versi. sed quid si iuraui inquit qꝺ si iuraui tibi dare. x. q̄
in veritate non erā tibi obligat⁹ forte quia nō soluisti gabellā vel nō posuisti bona in
extimo vel nō assignasti in libro cōmuni quibus casibus statutū terre priuat te vtrū
episcopus coget me ad obseruationē iuramenti cōcludit ꝙ si pena priuationis non
oritur ex dispositione statuti sed ex dispositiōe legis ⁊ dicit qꝺ nō. l. sicut. C. de pres.
xxx. anno. est verū qꝺ aliqui dicebāt qꝺ obseruetur iuramentū ⁊ postea repetat tā⁄
quā indebitū per illud quod dicebat Bernardus ad Eugeniū puritatem debemus
proximo cōscientiā nobis fidem deo nihilominus residet in opinione prima ⁊ Ber
nardus loquitur de fide spirituali nō de fide promissionis secūdum eū/ bene facit. l.
iuris gentium in. §. gn̄aliter. ff. de pactis ⁊ glo. in Rubri. ne fide. do. den. ⁊ glo. in. c.
dilecto de preben. dicit qꝺ vbi est clausula irritans nil valet renūciatio etiam ex con

sensu partiū. ¶ Et ad predicta allego.l. expressam hoc decidentem in specie in foro iuzgo li.iij.titu.quanto deue dar el marido a la muger por arras.l.j.incipit porque muchas vezes/vbi dicit quod si maritus promisisset maiorem quātitatem cū iuramento non valet: τ dicit tex.deue lo toller τ tornarlo a su parte/ τ si ipse negligentia vel metu iuramenti non repetat potest petere pater vel consanguinei τ cū hoc de repetitione.videtur etiā hec lex cōcordare quod nota.facit tex.in.§. optime vero ibi nulla machinatus vbi probatur ibi secundū Bar.quod si vir donat vxori vel econtra vltra summā ibi traditā etiā si renūciaret dicte legi non teneret talis renūciatio licet ratio illius tex.sit quia ibi prohibitio erat in fauorem filiorum.

¶ Pone qd̄ tēpore quo quis cōtraxit matrimoniū ante ꝙ esset cōtractū dū partes cōcordant de nuptijs marit⁹ non constituit arras vxori sue vtrū post cōtractū matrimoniū τ sic cōstante matrimonio posset promittere τ cōstituere arras vxori sue τ valeat talis arrarū constitutio.l.ij.q̄ incipit si el yerno/isto titulo videtur probare qd̄ sit licz loquat in casu quo ante matrimoniū precesserat ꝑmissio de illis cōstituendis. Itē qꝛ videtur loqui in casu speciali.s.propter paupertatē inherentē marito tpe quo matrimoniū cōtrahit. Abb. Sicu.videt in terminis decidere hāc q̄stionē in.c. Et si necesse. in princi. de dona.inter virū τ vxo.nā ibi est casus vt ante dixi sc̄dm opinio. Vincē.ꝙ licite marit⁹ dotat vxorē idest cōstituit sibi dotē ex ꝓpria substātia τ obtinet ille tex.secūdū cōsuetudinē hispanorū τ videtur ꝓprie casus hui⁹ legis/subdit Abb.ad propositū illud esse limitandū quādo illa donatio dotis fieret ante contractū matrimoniū sicut si post contractū vel si effect⁹ donatiōis referretur in tēp⁹ matrimonij nā tūc nō valeret mouetur p.l.j.C.de dona.ante nup.nisi Plebey⁹ reciperet nobilē in vxorē qꝛ tūc videt donasse causa recōpensandi cū nobilitate vt ibi per glo.τ Docto.τ Bar.in.l.si diuortio.ff.solu.matri.qd̄ est bene mēti tenēdū.Quidā modern⁹ Cardi.Alexādrin⁹ in.c. Et si necesse.in principio ad litterā recitat verba Abb.τ ei⁹ limitationē eo suppresso nihil pl⁹ dicit certe si cōsideram⁹ donationē propter nuptias de qua ius ciuile loq̄tur que donatio vulgo nominatur arras vt dixit.d.l.part. ego reperio qd̄ d̄ iure donatio ante nuptias potest fieri cōstāte matrimonio/iste est casus in.l.inter eos.ff.de dona. inter vi.τ vxo.vbi tex.dicit inter eos q̄ matrimonio cōiuncti sunt ante nuptias donatio facta iure cōsistit.l.cū hic stat⁹.§.si quis spōsum.ff.eo.τ est casus in .l. si cōstante C.de donatio.ante nup.τ ibi est casus sc̄dm Salice.qd̄ licet donatio simplex sit prohibita inter virū τ vxorē/nō tamē donatio ꝑpter nuptias: immo illa est ꝑmissa τ est ratio sc̄dm Bal.ibi qꝛ est quedā donatio relatiua ad dotē τ non est simplex donatio/ est casus in.§.est τ aliud insti.de donatio.vbi tex.dicit vt tales donationes nō augeantur tantū sed etiā cōstante matrimonio initiū accipiāt τ non ante nuptias sed propter nuptias vocētur/τ in fine dicit tex.nō solū antecedāt matrimonium sed eo etiā cōtracts augeātur τ cōstituātur. ¶ Unde his iurib⁹ cōsideratis videtur aperte tenēdū ꝙ marit⁹ potest facere vxori sue donationē propter nuptias post cōtractū matrimoniū:sed cū hodie.d.l.part.fateatur qd̄ hodie arre sūt ille que de iure cōmuni erāt τ vocabatur donatio propter nuptias satis cōcluditur propositū qd̄ marit⁹ posset cōstituere arras vxori post contractū matrimoniū. ¶ Verū est quod obstat fortiter dissimilitudo inter arras τ donationē propter nuptias: nam donatio ꝑpter nuptias solu.matrimo.eodē modo redibat ad virū sicut dos ad vxorem vt in .d.l. liberis: τ debebat etiā esse equalitas in quātitate τ in pactis vt in.d.l.ex morte/ cum

Vtrum valeat cōstitutio arrarū sine promissione facta post cōtractum matrimonium.

auct.ibi posita/ideo nimirũ si ius cõmune cõcederet donationé propter nuptias cõ
stitui posse a marito cõstãte matri.sed cũ hodie in arris cesset hec inequalitas. Item
non deuoluũtur ad maritũ solu.matri.sed eas lucratur vxor secundũ formã hic tra
ditam/maior ratio videtur esse prohibẽdi arras hodie posse constitui matrimonio
cõstante quã de iure cõmuni donationé propter nuptias. ¶ Sed hoc nõ obstãte cre
derem per predicta iura q̃ expresse disponũt de donatione propter nuptias qd mari
tus posset cõstituere vxori arras cõstante matrimonio cũ dicta .l. partite expresse di-
sponit qd arre hodie nuncupãtur illud qd ius cõmune appellabat donationé pro-
pter nup. ¶ Et vltra fundaméta superiora allego casum valde notandũ ad ppositũ in .l.cũ multe. C.de de dona.ante nup.vbi decidũt tria. Primo qd donatio ppter
nup.potest fieri a marito post cõtractũ matrimoniũ/ z sic q̃ olĩ vocabatur ante nup.
hodie ppter nuptias vocetur.dicit enim Iustinia.quare enim doté quidé etiã cõstã
te matri.mulier marito dare cõceditur donationé auté marito/nisi ante nuptias fa-
cere non pmittatur quasi dicat nõ potest assignari ratio differétie z vlteri9 dicit tex.
z in donationib9 quas mariti faciũt vel pro his alij debet esse aperta licentia z con-
stante matrimo.talé donationé facere z in pluribus alijs verbis eiusdé.l.hoc clare
statuitur. ¶ Scdm qd etiã si interuenisset pactũ vt mulier lucret donationé ppter
nuptias/nihilomin9 valet talis donatio cõstãte matrimo. pbatur ibi disparibus et-
enim pactionib9 factis maioré lucri parté zc.z sic est ibi casus qd valet pactũ qd mu
lier lucretur donationé propter nuptias z idé dicit tex.in.l.si constãte.C. eo.titu.ibi
pactis videlicet de redibitione vel retétione aucte dotis vel donationis zc.probatur
etiã in auct.permissa. C.eo.titu. secundũ intellectũ Bal.nam ibi tex.dicit qd mu-
lieri permissa est in rem actio.pro donatiõe propter nup.dicit Bal.ibi illud intelligi
forte quia ex pacto mulier lucrabatur donationé propter nup.facit auct. equalitas.
C.de pactis cõuen.vnde cũ dicta.l.cũ multe/loquatur de validitate donatiõis p-
pter nuptias facte post matrimoniũ contractũ etiã quãdo mulier lucrabatur illã ex
pacto est casus expressus de questiõe qd licet hodie per hãc legé mulier lucretur ar-
ras nõ propter hoc impediatur quin marit9 posset ei arras donare cõstante matri.
licet a principio eas non dedisset.z si diceres iure illo debebant esse pacta equalia in
dote z donatione propter nuptias tã in quãtitate quã in pactis lucrorũ vt in .d.auct.
equalitas: respõdeo q illud hodie sublatũ est cõsuetudine vt ibi dicit glo.z hac le-
ge. Ité quia nõ sequitur qd licet hodie hec equalitas nõ seruetur propterea impe-
diatur dicta cõstitutio arrarũ constãte matrimonio de quo Bal.in.d.l. cum multe.
¶ Preterea ratio dubitãdi in hac questione poterat esse quia donationes inter vi
rum z vxoré constãte matrimonio prohibite sunt per totũ titulũ.ff.z.C.de dona.in-
ter virũ z vxo.z per cõsequés datio arrarũ cõstante matri.videtur prohibita tanq̃
ex hoc causetur quedã donatio inter virũ z vxoré sed hoc dubiũ aptissime remoue
tur per.d.l.cũ multe/vbi tex.assignat rationes quare donationes simplices remo-
uentur inter maritũ z vxoré quas oés dicit cessare in donatione propter nuptias cũ
non sit simplex donatio sed propter matrimoniũ z doté quasi antiferna hoc est cõtra
dotem datio vt ibi dicit tex.assignat rationem/quare potest fieri cõstante matrimo
nio/quia quasi antiferna hec possunt intelligi z nõ simplex donatio. Item dicit tex.
ibi qd nomine z substantia nihil distat a dote propter nuptias donatio. Facit tex.
in.§.sancim9 eiusdé.l.vbi dicit oés licentiam habere siue prius quã matrimonia
cõtraxerint siue postea donationes mulierib9 dare propter dotis donationé vt non
simplices donationes intelligãtur sed propter doté z propter nuptias. Ité dicit tex.

in.§.simplices iuncto.§.similiꝙ modo qꝺ in suo robore maneāt iura q̃ vetāt donationes inter maritū ⁊ vxoré tamé illa intelligūtur in donatione simplici q꞉ simplices donatiōes nō propter nuptias fiūt sed ꝓpter nuptias vetite sunt/ ⁊ ꝓpter libidinem ⁊ egestaté ⁊ alias causas .vnde decidit litteraliter hoc ꝓpositū tex.in. §.si igit̃ eiusdē l.vbi tex.dicit ꝙ si ab initio tépore quo matrimoniū fuit cōtractū maritꝰ recepit dotem nec dedit vxori donationé ꝓpter nuptias qꝺ nihilominꝰ potest facere dictā donationé post cōtractū matrimoniū ita tamé qꝺ hoc significet et exprimat ꝙ nō simplicé facit donationé sed ꝓpter doté iam cōscriptā ita tamé qꝺ dotis quātitaté nō excedat Facit tex.in.l.si cōstante in princi.eo.titu.vbi poꝗ dixerat posse fieri donationé ꝓpter nuptias cōstāte matri.dicit litetra nec obsit in huiusmodi munificētijs interdictas esse liberalitates tꝑe nuptiarū ⁊c.q꞉ si donatio ꝓpter nuptias deberet regulari sicut donatio simplex nec etiā valeret facta ante cōtractū matri.cū cōferatur in tépus ꝓhibitū eiꝰ effectꝰ.l.qꝺ spōse.C.eo.titulo. ¶ Ex p̄dictis infero qꝺ si intelligamus dictū.c.⁊ si necesse.de hac donatiōe tali quā faciūt Hispani vxoribꝰ suis cōstituédo sibi arras ⁊ donationé ꝓpter nup .nā reuera sic loq̇tur ibi tex.qꝺ male locutꝰ fuit Abb.⁊ dictꝰ Alexādrinꝰ affirmātes illud nō posse fieri post cōtractū matri. cū saperet donationé q̃ ꝓhibita est inter cōiuges nā cōtra eos dico esse casum exp̄ssum ad qué ipsi nō aduerterūt in.d.l.cū multe/vbi disponit tex.etiā in casu quo interuenisset pactū de lucrādo ⁊ aperte facit maximā diferétiā de donatiōe simplici quā iura probibét ad aliā donationé seu dotationé quā maritꝰ facit vxori non simpliciter sed propter nuptias ⁊ propter doté quā ipse recipit quā ꝑmittit fieri cōstante matri. cū illa nō sit donatio simplex sed quedā dotatio habito respectu ad honoré matrimonij ⁊ habédo respectū ad doté suā. ¶ Sed q̇d respōdendū ad fundamétū Abb.mouetur enim ipse per.l.j.C.de donatio.ante nup.sed ille casus est diuersꝰ a ꝓposito de quo agimꝰ nā ibi est casus ꝙ si maritꝰ cōfessus est fundū in doté recepisse aīo donādi cū fundꝰ esset suꝰ proprꝰ ⁊ sic aīo augédi doté hoc fecit quia cū illa nō sit vere dos sed ex dicta cōfessione resultet quedā donatio inter cōiuges que non valet ideo vxor non potest talé fundū tanꝗ̃ dotalé repetere ⁊ sic ibi loq̇tur in donatione inter cōiuges que a iure erat reprobata/noster casus loq̇tur in donatione propter nuptias et in donatione arrarū que nō est donatio simplex sed facta propter honoré nuptiarū ⁊ remunerationé et relationé dotis sibi collate que a iure permittitur vt in.d.l. cum multe/⁊ hoc modo posset respōderi ad quoddā dictū Bal.ab eo positū in.l. si volūtate C.de dotis promi.qꝺ videtur coadiuuare dictā Abb.conclusionem de qua nec ipse nec aliꝰ eius relator fecerūt mentioné/mouet Bal.questioné si maritꝰ cōstituit palā doté vxori propter eiꝰ nobilitaté vtrū valeat/ et quidā Doctor antiquꝰ Ricar. Malū.dicit sepissime se dubitasse suꝑ hac questione quia aut dices talé dotis ꝓmissioné esse donationé ⁊ nō valet ⁊ reuocaretur tacite vxore premortua in matrimonio l.etiā.C.de donatio.inter virū ⁊ vxo.aut donatio ob causam puta si mihi nupseris promitto centū ⁊ nō videtur valere promissio quia matrimoniū nō debet esse venale l.si ita stipulatꝰ fuero de ꝟbo.obli.finaliter ibi Bal.residet qꝺ decidat̃ dicta questio per.d.l.j.C.de donatio.ante nup.⁊ sic cōcludit post Cynū qꝺ intelligat̃ esse quedā donatio collacta in tépus matrimonij ideo posset reuocari expresse ⁊ tacite ⁊ sic Bal extédit elegāter dictā.l.j.nō solū in casu q̊ maritꝰ cōfessꝰ esset aīo donādi se recepisse in doté fundū qué nō recepit sed etiā quādo palā cōstituisset doté vxori sue ⁊ adhuc propter eius nobilitatem qꝺ est menti tenendū ⁊ satis vrget contra dictā meam conclusionem ⁊ coadiuuat conclusioné dictorū canonistarū. ¶ Sed dupliciter potest

respõderi. Primo quia Bal. loquitur absqȝ fundamēto cum dicta .l.j. non loquitur quãdo palã dotē cõstituisset vxori immo dictꝰ Doctor antiquus fuit in cõtraria opinione immo qꝫ valeat talis dotatio cũ non sit simplex donatio sed ob causam puta ꝓpter matrimoniũ cõtrahendũ ꝛ sic videt valere quasi causa sequta .l.ij. C. de dona. ante nup. ꝛ in hoc de recõpēsatione nobilitatis nõ dicit Bal. bene vt statim dicam. ¶ Secũdo potest respõderi qꝫ nõ loqtur proprie in casu nr̃o .s. quãdo fieret donatio ꝓpresse ꝛ specifice propter nuptias ꝛ ꝓpter arras cũ tunc a lege ꝑmittatur hoc fieri cõstãte matri. Itē arguo incõuincibiliter certũ est qꝫ licȝ ista lex ponit pro cõstãti qȝ mulier lucretur arras tamē ꝑmittit promissionē illarũ ꝛ donationē sed certũ est qȝ hec donatio non sortitur statim effectũ sed in tēpus matrimonij ꝛ sic cõfertur in tēpus prohibitũ ꝛ paria sunt ad donationē inualidãdã inter cõiuges illã fieri in tēpus prohibitũ .s. cõstãte matrimo. vel eius effectũ cõferri in tēpus matrimonij licȝ fieret ante .l. qȝ spõse. C. de donatio. ante nup. sed nõ prohibetur fieri ante matrimonium licet effectꝰ eius dirigatur in tēpus matrimonij vt hic ergo minus ꝓhibetur fieri post cõtractũ matrimoniũ. ¶ Preterea ista nõ est proprie donatio vt in .d.l. cũ multe/maxime quo ad plures effectꝰ qꝛ fructꝰ eius qȝ donatur pro arris sunt cõmunes ad onera matrimonij substinēda sicut fructꝰ rerũ dotaliũ. Itē etiã post solutum matri. mulier nõ indistincte lucratur arras sed certa forma hic assignata. Itē quia cessat ratio ne mutuo amore se spoliēt ꝛ egestate q̃ fuit vna de rationibꝰ simplicem donationē inter cõiuges impediētibꝰ quia mēsura arrarũ taxatur hic a lege ex quo vltra decimã partē bonorũ nõ potest ꝑmittere nec dare noīe arrarũ. Facit ad hoc exp̄ssa .l. par. in .iiij. par. titu. xj .l.j. incipit el algo/ vbi est casꝰ ad litterã qȝ maritꝰ potest donare arras vxori tã ante matrimoniũ ꝑfectũ q̃ȝ post matrimoniũ cõsummatũ ꝛ in .l.ij. illiꝰ tituli etiã hoc deciditur. ¶ Et ita teneo qꝫ maritꝰ etiã post cõtractũ matrimoniũ potest cõstituere arras vxori sue quas nõ cõstituit tēpore priori .s. ante matrimoniũ. ¶ In duobꝰ tamē casibꝰ negotiũ est absqȝ scrupulo. Primꝰ est si maritus ꝑmoriatur nã tũc licȝ donatio nõ valeret tamē morte mariti cõfirmatur vt in toto titulo. C. ꝛ .ff. de dona. inter virũ ꝛ vxo. ꝛ scribũt oēs in terminis in .l.j. C. de dona. ante nup. ¶ Scdʻs est si Plebeiꝰ recipet nobilē in vxorē vt inquiũt in ꝓposito dicti canoniste q̃bꝰ adde Bal in .d.l.j. in fi. vbi tenet qꝫ etiã in casu q̃ maritꝰ cõfessus est se recepisse dotē quã non recepit si mulier supat virũ qꝛ est nobilior viro ꝛ tũc in dubio ꝑsumitur factũ nõ aīo liberali sed ob nobilitatis meritũ/vnde solu. mat. potest ꝑ mulierē repeti/ratio est qꝛ mulier potest stipulari a viro dabis cētũ si tibi nubã/nota. tex .ff. de verbo. obli. l. si ita stipulatꝰ in .§. si ita. ¶ Ex quo infert qꝫ subsistēte alia causa quã donatiõis pater mulieris q̃ petit augmētũ dotis nõ peccat etiã in foro cõsciētie idē videtur tenere Bar. in .si diuortio .ff. de ṽbo. obli. dicit eni qꝫ si qdã vilis homo ditatꝰ de nouo nobilē accipit vxorē ꝛ cõfitetur se recepisse dotē quã nõ recepit aīo dotãdi eam dicit qȝ statim valet ꝛ sortitur effectũ dicta confessio qꝛ simplex donatio est ꝓhibita inter virũ ꝛ vxorē nõ autē remuneratio de dona. inter virũ et vxo. l. qȝ autē .§. si vir/sed ista est quedã remuneratio quia cõsensit nobilis nubere vili/ ideo remuneratur in dote ꝛ sic Bar. stat in cõclusione Bal. licet Bal. loquatur etiã in casu dubio. Bar. quãdo cõstat qȝ aīo donãdi ꝛ idē Bar. ꝛ Ange. in .d.l. si stipulatꝰ fuero in .§. si tibi nupsero ꝑillũ tex. ꝛ per Ange. in .l.j. ff. solu. ma. Immo in rubrica ff. eo. ꝛ qȝ idem in dubio etiã si nõ cõstet de animo donãdi tenuit Bal. in .d.l.j. ꝛ Bar. in .l. si volũtate quos sequitur Alexã. in .d.l. si diuortio verũ est qȝ idē Bal. in .d.l. si volũtate intelligit hoc esse verũ quãdo cõstaret qȝ animo remunerandi nobilitatē

Conclusio.

cõfessus est se recepisse doté quã non recepit vt in.d.§.si tibi nupsero. Sed si hoc nõ cõstaret presumitur poti⁹ causa honoris ⁊ simulate factũ quã aĩo se obligãdi reuera ad solutioné quãtitatis nõ recepte cũ dedecus sit accipere vxoré sine dote ⁊ sic tenet cõtrariũ ei⁹ qđ tenuit in.d.l.j.sed precedés est cõmunior opinio ⁊ satis probatur ex glo.nota.in.d.l.si volũtate q reqrit animo simulãdi factã esse cõfessioné vt faciũt in nobiles sed obscure loqtur in ratione inquantũ dicit vt faciũt innobiles ⁊ sic videt̃ presumere dictã simulationé in dicto casu iam dixi opinioné superioré esse commu nem.s.qđ in dubio animo remunerãdi nobilitaté videtur facta confessio ⁊ sic statim preiudicet marito si cõstaret de simulatione serua glo. et ista tene menti ad arrarum cõstitutioné factã cõstante matrimonio. Salice.in.l.ij.C. de dotis promi. vadit per aliam viã quo ad intellectũ dicte glo.sed quia nõ est presens materia dicta sufficiãt

¶ Sed pone questioné valde quotidianam que parum aduertitur per aduocatos ⁊ iudices/maritus fecit aliquod legatũ vxori sue vtrũ videtur sibi relinquere animo cõpensandi cũ omnibus arris quas ei hec lex defert si moriatur sine filijs vel cũ quarta si cũ eis. Alfon.hic refert Bal. in auct. preterea.C.vnde vir ⁊ vxor dicenté qđ nõ ⁊ sic cõcludit qđ nõ debet cõputare illud legatũ in parte arrarũ ⁊ sic se expedit. ¶ Cõsidera melius ⁊ latius quia Bal in.d. auct.preterea mouet.q.a qua Alfon.accipit fundamétũ si per statutũ ciuitatis maritus debet lucrari quartã partem dotis legatũ est ei relictũ ab vxore vtrum debet illud sibi cõputare in parté quã debet lucrari de dote per formã statuti arguit pro ⁊ cõtra in fine resides qđ nõ cõputatur mouetur per.l.j.§.sciédũ.C.de rei vxo.actio. ⁊ quia si cõputaretur lucrũ statuti in legato legatũ esset inutile sepe et quia lucrum qđ statutũ defert est debitum iam radicatũ ⁊ es alienũ ideo legatũ non computatur in eo.l.si debitor ad.l.falci.⁊.l.si adulta.C.de here.actio.nec obstat tex.in auct.preterea nam secundũ eum ibi est casus specialis ⁊ ideo ibi legatũ imputatur in quartam qr illa quarta fuit cõcessa vt cõsuleret inopie coniugis vnde eatenus cessat inopia quatenus est legatũ ideo cõputatur in dicta quarta legatum. Hanc opi.tenuit Frede.de Scalis de Bononia disputando idem Bal.in.l.ticia.§.qui inuita.ff. de lega.ij.⁊ in.l.si vxor.C.de bo.aucto.iudi.possi.idem Bal.⁊ Rapha. Cuma. in.l.si donaturus in.§.j.de condi.ob causam. ¶ Sed teneo opi. contrariã immo qđ cõputetur ⁊ videatur relictũ animo cõpensandi ⁊ sic cõputabitur legatum in illa parte arrarũ quã hec lex defert vxori/allego Bar.ad hoc in.l.si cum doté in.§.si pater.ff. solu.ma.vbi tenet cõtra Bal.immo qđ legatũ factũ ab vxore viro cõputetur in ea portione quã debet maritus lucrari de dote ex forma statuti et hec pars videtur mihi verior cõsideratis ei⁹ fundamétis primo per tex.in.d.auct.preterea vbi tex.dicit qđ si matrimoniũ fuit celebratũ absq dote ⁊ coniux premoriés esset locuplex superstes vero inopia laboraret succedet vna cũ liberis cõib⁹ siue alteri⁹ matrimonij in quartam si sunt tres vel pauciores si sunt plures in virilé dicit tex.in fine ⁊ in hoc facit et imputabitur legatũ in talé portioné ⁊ sic est ibi casus satis notãd⁹ in proposito qđ legatũ imputatur in portioné quã marit⁹ seu vxor debet lucrari ex dispositione legis de bonis alteri⁹ siue vxor de bonis mariti vel ecõtra. Jté in debitore necessario legatũ imputat̃ ab eo factũ de bo.liber.l.etiã.§.si debitor.l.quoniã nouella.C.de inofi. testa.vbi legatũ imputat̃ in legitima ⁊ est casus in.d.§.si pater. Est verũ ꝙ hoc fundamétum non vrget de necessario ⁊ posset cauillari hoc modo qr iura que adducit Bar.loqũtur in eo q sempfuit debitor necessari[illegible] debitũ semp traxit originé a cau-

Vtrum legatũ factum a marito vxori videatur factum aĩo cõpensandi cũ arris pmissis.

sa necessaria vt in patre qui de necessario tenetur dotare ꝛ hoc debitū semꝑ ab ipso initio fuit necessariū ꝛ sic loquitur dictus. §. si pater. Itē in patre qui tenetur legitimā relinquere ab initio ex legis dispositione est effectus debitoꝛ necessarius/ ꝛ sic loquitur dicta lex quoniā nouella. Sed in casu dicti statuti in quo loquūtur doctores licet debitum sit necessariū tamen illa necessitas traxit originē a cōtractu voluntario prius inito. s. a contractu matrimonij a quo fuit causata illa necessitas lucrādi partē dotis ꝛ per cōsequēs illius debiti necessarij qui casus distat multū ab alijs debitis necessarijs in quibus loquitur. d. l. quoniā nouella ꝛ dictus. §. si pater/ vbi debitum ab ipsa origine fuit necessariū/ ꝛ hec fuit efficatioꝛ ratio adducta per Bal. ꝛ sequaces ad impugnandā doctrinā Bar. et ei⁹ fundamēta que posuit in. d. §. si pater. ¶ Itē alia ratione hoc fundamētum Bar. nō viget immo videtur cōfundi per tex. in. §. sciendū. l. vnice. C. de rei vxo. actio. vbi iam est sublatū edictum pretoris de alterutro et dicit tex. quod si marit⁹ legat vxoꝛi non videtur legare animo cōpensandi cum dote immo vtrūq͡ habebit. ¶ Itē quia per argumentū ab inconueniēti ꝛ ab absurdo videntur dicta iura adducta a Bar. intelligi deberi in debitoꝛe qui ab initio et origine fuit necessarius nam alias si in quolibet debitoꝛe necessario simpliciter intelligerentur sequeretur absurdū quod militaret dicta opinio Bar. in quocunq͡ debitoꝛe qui si legaret videretur animo cōpensandi creditoꝛi legasse cū postq͡ factus est debitoꝛ per cōtractum vel alias iam ex legis dispositione effect⁹ est debitoꝛ necessarius cum ad soluendū necessitatur. l. sicut ab initio cum alijs. C. de actio. et obliga. et sic in. d. §. sciendum marit⁹ erat debitoꝛ necessarius dotis tamē vtrūq͡ consequitur mulier et sic hoc secundum fundamētum Bar. quod facit in debito necessario aliquā cauillationē patitur licet credā Bar. non habuisse intētum nisi de debitoꝛe necessario de quo loquuntur dicte leges vt statim declarabo. ¶ Nihilomin⁹ sequoꝛ Bar. per. d. auct. preterea vbi est casus cui nō potest dari congrua responsio et Ioan. de Immo. in. d. §. si pater/ sequitur Bar. per. d. auct. dicit enim ibi esse casum qđ vbi debitum est necessarium a lege inductum etiā si trahat originem a causa voluntaria cōpensatur cum legato/ et per hoc dicit tolli motiua impugnantium Bar. nam in. d. auct. illud lucrum quod lex defert coniugi superuiuēti ꝛ loquitur ibi tex. in quarta vt nostra lex quanquā sit debitum necessarium delatum a lege/ tamen illud debitum seu lucrum habet originē a contractu primeuo voluntario s. matrimonij ꝛ nihilomin⁹ dicit ibi tex. legatū in talē poꝛtionē cōputari. ¶ Clarius dicas qđ dupliciter potest dici debitum necessariū/ vno modo stricte puta vbicunq͡ debitum est necessarium ab origine nunquā habuit initium voluntariū nec aliquo modo traxit causam a cōtractu voluntario et hoc casu semper talis debitoꝛ legans creditoꝛi videtur animo compensandi legare et ita intelligi potest tex. in. d. l. quoniā nouella et in. d. §. si pater et. l. fine. §. j. de iure patro. et. l. etiā. §. si debita de bo. liber. nam quod pater teneatur filio relinquere legitimā ꝛ filiam dotare non habuit pꝛopꝛie originē ab aliquo cōtractu voluntario sed a lege fuit inducta dicta necessitas absoluta/ certū enim est quod in dotatione ad quā pater obligatur filie seu in legitima relinquēda inter eum ꝛ filium nunquā aliquod voluntarium precessit sed lex ab ipso initio necessitatē inducit. ¶ Aliud est debitum necessarium magis largo modo puta vbicunq͡ debitum est necessarium inductum a legis dispositione sed habet aliquā originem a facto hominis voluntario non tamen oꝛdinato principaliter ad illam obligationem seu debitum vel lucrū sed sine facto suo ad hoc principaliter oꝛdinato a lege alicui est [illegible]quisitum ꝛ tunc etiā inducitur cōpensatio ꝛ sic

set iudici de innocentia accusati. ¶ Et quanquam opinio supradicta habet funda-
mentum in iuribus ante allegatis tamen hodie dicta. l. Toleti quam supra allegaui
videtur disponere aperte q̄d etiam sub fideiussoribus comentariensibus non est accu
satus relaxandus vbi pena mortis vel perditionis membri veniret imponenda nisi
post publicatas attestationes per quas vere vel presumptiue posset constare iudici
de innocentia accusati nam tunc potest eum relaxare tamen sub fideiussoribus com
mentariensibus ⁊ non ante vt ibi dicit lex quam vide ⁊ serua: alias posses incurrere
peritulū vnde Bal. in aucté. generaliter. fi. col. C. de epis. et cle. dicit quod in determi
natis a iure in quibus non requiritur probatio facti non potest excusari iudex si fa-
cit contra ius constitutionis q̄d dicit esse notandum contra assessores qui per fatui-
tatem non recipiūt fideiussores ab accusatis vel inquisitis ⁊ expresse dicit. d. l. toleti
q̄d si per processum constat vere vel presumptiue culpatum esse reum quod nec sub
Limitatio. l. toleti. fideiussoribus cōmentariensibus sit relaxandus. ¶ Sed ego illam limitarem nisi
ex qualitate persone aliud posset induci: quid enim si est aliquis vir nobilis in digni
tate positus homo ditissimus magne scientie certe cum iste talis non sit ponendus
in carcere publico potest dari ⁊ cōmitti fidis custodibus qui in se suscipiant custo-
diam tanquam cōmentarienses fideiussores vt in. d. l. j. ⁊ in. d. ll. partite est expressum
de quo Cynus loquitur notanter in. d. l. nullus. C. de exhi. re. ⁊ sic videtur hoc pen-
dere a determinatione illius questionis de qua ante sermo habitus est. s. quando
accusatus incarcerandus est vel fidis custodibus cōmittendus ⁊ vide Andre. Sicu
in Rub. de fideiusso. qui non transit sine multiloquio vt moris sui est. ¶ Sed tene-
Nota duo singularia ad custodes carcerū excusādes a fuga rei. bis menti duo verba. Primū q̄d omnis qui tenetur custodire aliquem captum siue
sit custos carcerum siue quilibet alius quia si isti quibus quoquo modo aliorū cu-
stodia cōmissa est volunt ab omni culpa releuari tam lata quā leui ⁊ ipsos captiuos
ligent ⁊ ligatos teneant ligamine competenti ⁊ bono nam omnis custodiens capti-
uatum cum ligamine intelligitur diligenter custodire. ista est glo. singularis in. l. j.
§. fi. ff. de ser. fugi. quam Ange. magnificat in. l. milites. ff. de cust. reo. ⁊ in. l. non est fa-
cile. ff. eo. titu. ⁊ alias incipit. l. in publicum: et est glo. super parte permittitur: ⁊ satis
probant hoc verba singularia tex. ibi diligenti custodia etiam vincere permittitur
⁊ ibi glo. dicit nota quod diligenter custodit qui ligat. ¶ Secundū est quod si essent
duo custodes carcerum ⁊ vnus eorum fugit cum carcerato alteri custodi parcen-

dum est.iste est casus singularis vnicus in iurein.l.fi.ff.de custo.reo.quod etiã tene
menti pro duobus vel tribus fideiussoribus commentariensib⁹ in quorum custo-
dia ⁊ sub quorum periculo reus accusatus detinetur. ❡ Et ex illo tex.infert ibi An
gelus pro castellano qui fuit proditus a custodibus intromittentibus inimicos in
fortalicium nam cum nemo posset a proditione cauere nisi esset diuinus ignoscen-
dum est ei.facit.ff.man.l.fideiussor.§.in omnibus: ⁊ hec tene menti quia quotidie
videbis in pratica. ❡ Ego iam excusaui quendam cõmentariensem a pena capitis
propterea quia feci articulos qȯ ipse habebat reũ ligatũ in carcere cum cathenis.
quendã qui proditorie occiderat alium ⁊ euasit a carcere ruptis cathenis prope sen
tentiam ⁊ accusabatur officialis qui fuit absolutus per dictam glo. ⁊ etiam defen-
di in ciuitate de Trosillo quendam castellanum cui proditorie fuit captum fortali-
cium per insidias cuiusdam sui familiaris qui habebat vigiliam cuiusdam turris.
❡ Liberabitur etiam fideiussor qui promisit accusatum presentari iudici ad suam
voluntatẽ sub pena si ille capt⁹ fuit in forciã iudicis ex illa causa qua fideiussor il-
lum presentare tenebatur quia nõ refert qualiter quid fiat dummodo fiat.ff.de ver.
obli.l.cũ seruus.si vero ex alia causa vt q: aliqȯ maleficiũ cõmisit propter qȯ captus
est ⁊ fugit non liberatur nec dissoluta est obligatio. ❡ Quod limita nisi dictus fide-
iussor fuisset coram iudice dum ille captus erat protestatus est qȯ habebat illũ pro
presentato ⁊ se ex fideiussione amplius nolle teneri nam erit tutus atq; liberatus fi-
deiussor licet postea fugiat: ratio quia eo casu quo captus erat non poterat presenta
ri actualiter vnde valet presentatio verbalis qȯ tene menti pro fideiussore obligato
pro alio si eum videt in carcere ⁊ se vult liberare vadat coram iudice et faciat hanc
protestationem ita dicit Joã. An.in additio.ad spe.iij.parte.ti.de accusatio.§.seq-
tur videre de contumacia accusati in parte exceptis. ❡ Et vtrum fideiussor promit
tens representare accusatum ad omnẽ iudicis requisitionẽ liberetur presentãdo eũ
antequã a iudice requiratur: vide Ludo.Ro.cõsi.cxxxvij.incipit ista promissio re-
presentatiõis cõcludens qȯ sic allegat Joan.An.non dicit vbi credo qȯ est vbi nũc
allegaui. ❡ Itẽ liberatur tam promittens quã fideiussor desistẽdo in iudicio vel lo-
co ⁊ non recedendo si reus recessit a curia sine licentia si postea redijt ⁊ presentatur
per fideiussorem Ludo.per multa consi.cxcvij.negari non potest et ego consului et
dixi multa ⁊ pulchra incipit consilium eleganter copiose ⁊c. ❡ Adde qȯ etiã si esset
casus in quo aliquis relaxandus esset fideiussoribus tamen amittit hoc beneficium
si semel aufugisset a carcere.ista est glo.valde singularis in lege.l.cornel.ff.ad sel.in
parte ex vinculis nam dicit ibi tex.quod seruus qui.l.cor.de sicarijs tenetur debet di
cere ius ex vinculis dicit glo.etiam si satis dedisset cũ fideiussoribus si fugisset a car-
cere secus si non fugisset. ⁊ Bal.ibi cõmendat illam quod ille qui fugit perdit benefi
cium dandorum fideiussorum ⁊ debet in carcere detineri donec disputatur de crimi
ne sed in eo quod glo.dicit qȯ si non aufugisset esset relaxandus fideiussorib⁹ repre
benditur glo.quia ille qui inculpatur de homicidio debet teneri in carcere ⁊ nõ di-
mitti fideiussoribus vt ibi est casus secundum Bal. ⁊ ante dictum est dictã glo.etiã
habet pro singulari:ibi Ludo.Roma.et Alexã.in apostillis ad .l.j. ff. de custo. reo.
❡ Pro quo vide tex.singularem in.l.nemo deinceps in fi.C.de episc.audi.per quẽ
probatur secundum Bal.ibi quod si quis alias fugisset de palatio esset postmodum
ei carcer aggrauãdus. ❡ Bene facit glo.singu.in auct.de exhi.re.§.si vero in glo.
super parte fideiussorem:vbi glo.eleganter dicit qȯ licet sit verum qȯ possidens im-
mobilia non tenetur prestare fideiussorem de iudicio sisti.l.sciendum qui sa.co.ta-

men hoc est verum nisi a principio cause debitor fugisset propter qd actor fuit missꝰ in po. ex pño decreto nam tunc si vult recuperare possessionē non admittitur nisi prestet fideiussorem de iudicio sisti vt ibi dicit tex. quam fideiussionem tenetur prestare etiam si possideat immobilia secundum glo. ibi que in hoc est singularis ꝛ approbatur ibi per Doc. subdit glo. ratio. singularem ad propositum quia ex quo male fecit fugiendo postea male facere presumitur. ff. de re iudi. l. non omnis. §. a barbaris l. si cui. §. hisdem. ff. de accusatio. ¶ Finaliter quo ad hunc articulū qua pena venit puniendus fideiussor qui in causa criminali fideiussit pro aliquo si ipse accusatꝰ fugit nec fideiussor eum representat sicut promisit/ vide tex. singularem in. l. si quis reum. ff. de custo. reo. ꝛ ibi Bar. singulariter ꝛ Ange. Cynum singulariter in. l. ad commentariensem. C. de custo. reo. ꝛ vsq ad quam quantitatem pecunie posset iudex condemnare fideiussorem qui non exhibet reum. tex. singularis in. d. l. si quis. ꝛ ibi Bar. ¶ Et si promittatur pena in magna quantitate tam per accusatum quam per eius fideiussorem ad representandū ꝛ sistendum in certo loco ꝛ de non recedendo an valeat talis promissio pene ꝛ posset leuari dato quod excedat modum positū in. l. eos. C. de modo mul. Bal. quod sic in. l. qui crimen. viij. q. C. qui accu. non po. videtur casus in. d. l. si quis. ꝛ eum ibi sequitur Alex. in apostillis licet Bar. ibi videtur sentire contrarium sed recte ponderatus non contradicit: hoc etiam videtur tenere Specu. in titu. de accusatio. §. sequitur videre de contumacia accusati. vsi. porro si sit contumax. latius ego scripsi in causa cuiusdam strenui militis regni Gallecie ad per me ibi dicta remitto/ incipit allegatio ad reprimendam officialium diligentiam in extorquendis pecunijs vbi inuenies multa non digna obliuione. ¶ Et tene menti qd licet regulariter fideiussor non teneatur pro reo ad penam mortis nec ad penam corporalem nec ad illam tanquam simplex fideiussor potest se obligare/ tamē si esset consuetudo quod puniretur corporaliter pro accusato qui fugit: valeret talis consuetudo ꝛ eius vigore posset condemnari corporaliter/ ita dicit Bal. expresse in extraua. de pace constantie in. §. damna. in fi. dicens quod licet fideiussor nō posset pro alio se obligare ad penam corporalem tamen de consuetudine in quibusdam locis seruatur contrarium que consuetudo secundū eum habet potestatem in sanguine hominis pro quo bonus ꝛ singularis tex. in. l. saculari. §. sunt quidā. ff. de extra. or. cri. ibi sunt quedam que more prouinciarum cohertionem solent admittere ꝛ licet nihil allegat Bal. tamen certe est casus singularis secūdum vnam solutionē glo. in. d. c. cū homo. vbi glo. dicit quod inquantum ibi tex. dicit quod fuit fideiussor decapitatus quod refert se ad consuetudinem loci. ¶ Unum tamen perpetuo tenebis menti ad fi. huius articuli: quod vbicunq aliquis fideiussit ꝛ promisit de aliquo presentando seu exhibendo corā aliquo iudice sub certa pena quod si fideiussor iam est lapsus annus quod incurrit hanc penam ꝛ ab eo non fuit petita qd post annum non tenetur ad dictam penam: ista est mirabilis lex in petitio. factis per regē Alfonsum en Alcala peti. xxxiij. Incipit/ a lo que nos pedierō por merced que en algunas ciudades ꝛ villas ꝛc. ꝛ hoc tene menti ad quandā. l. que est in hoc foro li. ij. titulo de las testimonias. l. ij. in fi. que dicit qd fideiussor pro alio in causa criminali si accusatus fugit ꝛ non exhibetur/ el fiador peche quinjētos sueldos al Rey. Rodericus.

¶ Finis.

¶ Incipiunt quedam consilia ⁊ allegationes satis notande ⁊ singulares eiusdem Domini Roderici Suares.

¶ Allegatio prima.

Ex his que subijciuntur ostenditur inualidum esse nullumq́ contra actorem effectum sortiri testamentũ illud a reo productũ quod asserit factum ab vxore sua Dña Joanna Hérriquez in quo eundẽ maritum heredem vniuersalẽ instituit.

Testamentũ furiosi est nullum.

¶ Impugnatur primo ex defectu persone testantis q2 non erat sane mentis tempore quo dictum testamentum condidit imo valde alienata mente ⁊ capiebatur freneli dicebat plura ⁊ faciebat que eius furorem ⁊ dementiam manifestabant de quibus longus sermo fit a testibus super hoc deponentibus in articulis ⁊ deponunt testes de actibus verbo et facto ab ea factis tam tempore testamenti quam tempore propinquo ad testamentum et etiam post testamentum vsque ad mortem declarantibus manifeste dicte testatricis dementiam et mentis alienationem de quibus infra dicetur/sed furiosi testamentum nullum esse principia sunt nota.l.furiosum.C.qui testa.face.po.l.iij.eo.titu.l.filius fa.ff.de test. imo ad propositum idem in eo qui propter infirmitatem patitur mentis exilium seu alienationem/pulchra verba sunt iurisconsultorum Pauli in.l.in aduersa.ff.de testa.dicentis in aduersa corporis valitudine mente captum testamentum facere non posse et Labeonis in.l.ij.ff.de testam.ibi in eo qui testatur eius temporis quo testamentum facit integritas mentis non corporis sanitas exigenda est.l.ij.C.eo.titu. ibi sane mentis fuerat quando testamentum ordinabat.l.furiosum.eo.titu.ibi sana mente inceperit.c.cum dilectus.de successio.ab intes.ibi alienata mente dixisse.põderanda igitur sunt iura sed et imperatorum ⁊ iurisconsultorũ intentio que in testamentis ad eorum validitatem requirunt mentis sanitatem/integritatem/⁊ sinceritatem testantis in qua si non est propter infirmitatem aut ob aliam causam testamentum deficit.l.fina.de here.insti.hanc intentionẽ habuerũt leges huius regni.l.iij. incipit/todos aquellos.vj.parti.titu.j.vbi littera/otrosi el q̃ fuesse salido de memoria no puede hazer testamiento.l.v.incipit establecemos foro legum lib.iij.titu.de las mandas ibi/establecemos que los que no fueren en su memoria/o en su seso/⁊ sic per illam disiunctiuam requiritur ibi memorie integritas. adeo qđ non solũ furiosi sed etiam illius qui non habet memorie integritatem testamentum inualidatur.imo plus probat tex.singularis in.d.c.cum dilectus.de succe.ab intes.qđ etiam si furiosus ⁊ non habens mentis integritatem testatus esset vt homo sane mentis puta instituendo filios et legando pro anima nihilominus testamentum esset nullum.hoc probant verba tex.ibi sufficientem intellectum esse probatum quod dictus archipresbyter agens in extremis velut vltimam exprimens voluntatem asseruit se ⁊ sua monasterio contulisse. ecce ergo quod ille archipresbyter de bonis disposuit ad pias causas nihilominus anullatur testamentum per furorem nisi ex aduerso

probaretur esse mentis compotem vt dicit littera.j.eo.c. optimus tex. ad hoc in.l. fina.C.de testa.mili. vbi imperator reprobat illud quod antiquis legibus erat statutum quibus permissum erat testamentum condere pupillis qui erant tribuni cum propter tantam dignitatem adeptam erat presumendum bene et sane testari imo hoc non obstante imperator statuit eorum testamentum esse nullum propterea quia in tali etate non habebant stabilem mentem que requiritur in testamentis/bene admittunt aliqui quibus assentio quod in casu dubio bene esset ponderanda qualitas et forma dispositionis illius qui dicitur furiosus esse ad presumendum testamentū esse furiosi vel sane mentis: hoc modo posset iustificari illud quod Valerius refert in libro.viij.c.penul.in princi.cuius relator fuit Joan.Andre.in dicto.c. cum dilectus. et Bal.in.c.j.per quos fiat inuesti.f.testamentum cuiusdam furiosi approbatum quia bene disposuerat quod etiam iuuat proposito nostro cum ex qualitate testaméti dicte Domine valde inferatur eius dementia vt infra dicetur/consideratis igitur verbis et actibus dicte Domine considerata qualitate infirmitatis quia frenetica: et vltra hoc maxima infirmitate grauata in articulo mortis constituta valde pluribus extorsionibus a marito et eius parentibus vexata et importune (vt ita dixerim) compulsa vt maritum heredem institueret posita in eorum potestate absit dicere illam habuisse mentis integritatem et sinceritatem nec libertatem quam in condendis testamentis iura requirunt de quibus per singula.

Multa ex quibus probatur testamentum esse factum a furioso & nō ab hoie sane mētis.

¶ Ex multis enim dicte Domine est probata dementia/furor/ et mētis alienatio tempore dicti testamenti ante et post: primo ex verbis et actibus eius/ dicebat enim plura verba eius insaniam declarantia/ ex quibus verbis et actibus probatur euidenter mentis alienatio et eius dementia et in illa deficere illam mentis et memorie integritatem quam ante dicta iura requirunt in testamenti factione quod nō solum probatur per nostros testes imo per aliquos eiusdem rei ad hoc optimus tex. in.l. ob que vitia.ff.de edi.edi.in princi.vbi eleganter Ulpianus inquit vitium corporis vsqꝫ ad animum penetrare si forte preter febrem loquantur aliena vel qui per vicos more insaniorū deridenda loquantur.l.j.ff. in fi.eo.titu. ibi et quasi demens responsabat.l.si is qui.§.diuus.ff.de tuto.et curato.da.ab his. ibi ex sermonibus iuncta glo.et ad finem ibi furiosi faciūt exitum.et glo.in.c.Gonsal.xvij.q.ij. inquit quod stultitia probatur per verba proferentis et dicit presumo quod non erat sui compos. hec in glo.hoc idem glo.in dicto.c.hoc habet.xlvj.dis.pro quibꝰ bonus tex. in dicto c.cum dilectus.dum dicit alienata mente dixisse bona glo.in.l.si cum doté.§.si maritus.ff.soluto matri.et ibi Doc.facit tex.in.c.legimus.xciij.dis. vbi littera fatuꝰ fatua loquitur etc.imo maximum signum dementie erat quod vocabat maritum et cum veniebat illum repellebat dicendo qꝫ non erat ipse sed alius qui vocabatur Gonçalo Vita optimus tex.ad hoc in.l.fina.C.de here.insti. vbi imperator inquit nec enim sic homo supinus imo magis stultus inuenitur vt suum nomen ignoret etc.facit etiā tex.singularis in.c.j.§.si vero de cle.egro.in.vj. vbi littera si vero episcopus demés sit et quid velit aut nolit exprimere nesciat vel non possit: vbi aperte probatur illum esse dementem qui nescit exprimere quid velit vel nollit et sic caret animi discretione quem tex.ad hoc ponderant ibi antiqui: et Domi.eorum relator vnde non solum hec verba sunt sed ex loquela inordinata ab ea continue prolata probatur eius dementia: probatur in.d.c.legimus.quem ad hoc notat Domini.in.d.§.si vero.dicés hoc esse notandum pro testibus habentibus probare dementiam alicuius: probatur enim ex loquela inordinata/et alijs secūdū eū:accedit ad propositū tex.singu. in

c.filij.de here.li.vj.ibi quod nõ sit sane mentis ꝛ memoriam habebat inordinatam. vbi probatur notabiliter quod ille non sit sane mentis qui non habet memoriã ordinatam quem tex.ad hoc extollit ibi Domi.ꝛ notat pro testibus nõ valentibꝰ probare quem non esse sane mentis vel econtra/ do famosum casum ad propositũ ex iudicio Bar.in.l.quidam in suo.ff.de condi.insti.quem sic summat ipse:ex sermonibꝰ incongruis ab aliquo prolatis tempore quo testatur presumitur eum non esse sane mentis.quod est satis notandum in proposito ad multa/inde est quod cum vxor reprehenderet Job de tanta pacientia insaniam eius arguens ex verbis ab ea prolatis respondit eidem quasi vna de stultis mulieribus locuta es: ꝛ sic ex articulis et testium depositionibus probatur dicte testantis dementia ꝛ per consequẽs infertur testamenti inualiditas.sic Bar.in.l.nec codicillos.C.de codici.refert illo anno se fecisse articulos ad inualidandum quoddam testamentum articulando ꝙ talis fecit tale testamentum ꝛ quod tunc non erat in recta ꝛ sana mente ꝛc. ¶ Secundo probata est eius dementia ex factis ꝛ actibus eius: dicunt ꝛ deponunt testes de actibus consistentibus in facto videlicet ꝛc. Sed factis sic probatur furor sicut verbis notã. tex.in.l.ij.C.de iudeis.in vlt.saxis aut alio furoris genere.ꝛ glo.in.d.l. si cum doté. §.si maritus.l.si is.§.diuus.ff.de tu.ꝛ cu.da.ab his cum alijs.

¶ Tertio est probata dicta mẽtis alienatio ꝛ valde infertur ꝛ coadiuuatur ex qualitate infirmitatis ꝛ passionis quam patiebatur tempore testamenti ꝛ ante ꝛ post/ex qua decessit .s. quia frenetica: patiebatur enim frenesim vt omnes testes dicunt et etiam testes ipsius rei/maxime Guardianus et alius religiosus ꝛ alij: et hoc cõstat ex signis manifestis de quibus testes deponunt tam in verbis fatuis quam in actibus supra aliquid dictum est.ꝛ maxime hoc patet ex imaginatiõibus diuersis que sibi offerebantur dum dicebat ꝛc.et alia huiusmodi que sunt signa frenetice passionis/inquit enim Galienus in libro de interioribus ꝙ hanc passionem frenesis multa precedunt accidẽtia quia imaginationibus eis apparentibus adeo ꝙ coacti incipiunt clamare inimici ꝛ stupefieri et aliquando sine causa obliuionem patiuntur hec ille.constat autem ex causa antecedenti ꝛ prima aqua fuit dicta infirmitas causata nam probatur ꝙ tempore stiuo ꝛ transeundo per terras vbi viget maximus calor itinerauerunt pluribus diebus cum maximo eius labore causa cuius incidit in febres propter quas non fuit cessatum ab itinere vt super hoc testes latius loquũtur/vnde vna de causis aqua frenesis causatur secũdum Auicennam ꝛ alios est exercitium immoderatum maxime tempore calido/sic etiam Viaticus inquit hec infirmitas frenesis ex magna parte solet contingere his qui magno ꝛ subito exercentur labore maxime si exercitium factum fuerit stiuo tempore secundum eum/ ꝛ hec passio frenesis alienationem mentis ꝛ memorie causat/est enim proprie passio frenesis vt Auicenne placet ꝛ Galieno ceterisque medicorum magistris quedam exagitatio furoris a cerebro descendens et dicitur frenesis ab impedimento mentis/greci enim frenas mentem dicunt.et sic interpretatur mentis alienatio a freno quod est sapere/et mens et lensis quod est lesio/quasi sapientis vel mẽtis lesio. Auicenna etiã tractando de hac passione ponit eam sub titulo de carabito. dicens quod frenesis dicitur carabitus a caron arabico quod est ratio ꝛ bitos quod est permutatio quasi permutatio rationis et consilij/vnde secundum passiona. propria frenesis est alienatio et insania ex lesione cerebri et paniculorum eius perueniens ꝛ Auicẽna etiam inquit quod patiens frenesim quandoque dicitur demoniacus et hoc vel quia frenesis terminatur ad mania vel quia mania sequitur ad frenesim et complicatur

Patiẽs frenesi presumitur furiosus.

cum ea/ hec sunt medicine magistrorum sententie verissime habentes pro certo q̄
patiens frenesim est mente alienatus ⁊ insanus: ⁊ sic intestabilis. ¶ Sed quia forte
vltra quā expediat vagatus sum in messem alienam: non ab re ad nostram accedere
licet. Unde in terminis est casus singularis prohibens freneticum testari in.c.cum
dilectus de succes.ab intes. vbi archipresbyter in extremis laborans tanquā frene/
ticus alienatus erat mente vnde non valuit quod expressit.l. ob que vitia .ff. de edi.
edi.per quā Ange. Peru.in.l.quidam in suo.ff.de condi.inst. inquit quod caueant
notarij facientes testamentum vt bene comprehendant: an testator frenticet: nam
licet in principio testamenti dicatur sanus mente non ex hoc probatur sana mens cū
hoc non pertineat ad eorum iudicium sed medicorum.l.semel.C.de re.mili.li.xij. et
ante eum eius frater Bal.in.d.l.quidā in suo inquit in.ij.colū. quod notent tabellio
nes quod quando vident testatorem stulte loqui: vel freneticare non cōficiant instru
mentum sui testamenti/⁊ hoc consuluit Cynus in.l.senium.C.qui testa.fa.po.dicēs
quod caueant tabelliones ne conficiant testamentū illius qui est senex vel infirmus
adeo etate vel infirmitate gruatus quod iam sit ab animi iudicio sequestratus: sed
Deus nouit qui hoc custodiunt secundum eum/idē Bal.⁊ nota in.l.ij.C.de res.ven.
ad hoc propositū extollit.d.l.ob que vitia. quod iuramentum appositum in contrac
tu furiosi nil operatur cum equiparetur pupillo qui non est capax religionis iura/
torie:idem dicit esse in mente capto vel frenetico qui non habent consensum. allegat
dictam.l.ob que vitia/vnde homines donec sunt in frenesi nō possunt disponere vel
testari.hec ille in.d.l.ij.xij.colun.x.q.ad finem ⁊ idem ipse in.c.j.an ille qui inter fra.
domi.freneticum ⁊ furiosum equiparari.vnde Augustinus ad Uincentium Dona
tistam relatus a Graciano in.c.nō omnis.v.q.iij.qui freneticum ligat ⁊ litargicum
excitat ambobus molestus ambos amat: sic ergo freneticus iuste venit ligandus ⁊
custodiendus vt Marcellus iurisconsultus tradit in.l.diuus.ff.de offi.presi. ibi dili/
gentia custodiendus ac si putabis vinculo custodiendus coercendus nam custos
furiosi ⁊c.⁊ ne lōgus fiat discursus do famosum casum Ulpiani hoc expresse decidē
tis in.l.j.ff.de edi.edi.ad finē vsi.interdū tamē inquit vitiū corporale vsq̄ ad animū
peruenire ⁊ eum viciare veluti cōtingit in frenetico quia id ei ex febribus accidit.

Ex qualitate dispositionis & testaméti ꝓbatur furor.

¶ Quarto probatur furor seu mentis alienatio ex qualitate dispositionis ⁊ testamē/
ti quod ab ea asseritur conditum/nam cum dicta domina Joanna Henrriquez ha/
beret ascendentem.s.auiam suam illam preterire ⁊ maritum suum heredē institue/
re: ⁊ omnia bona sua: ⁊ loca magni valoris eidem relinquere omnibus illis ascen/
dentem cognatosq̄ omnes priuare nullaq̄ legata pro anima facere per quam stoli/
dissimum est ipsa dispositio manifestat ⁊ quod ex qualitate dispositionis quam quis
facit in testamento quis iudicetur furiosus esse aut non habere mētis integritatem
determinat consultus in.l.apud Julianum.in.§.fi.ff.de lega.j.ibi furiosi est talia le
gata testamento ascribere.l. quidam in suo.ff.de condi.insti.ibi nec compos mentis
esset iunctis verbis ibi/si perspicuis rationibus hec suspicio amoueri potest cū glo.
super parte mentis esset/sed in specie in eo quia ascendentem preterijt aut exheredat
quod dicatur quasi furiosi ⁊ dementis testamētum: est casus ad litteram.ff. de inoffi.
testa.l.ij.nam in.l.j.illius tituli inquit Ulpianus omnib⁹ tam parentibus quam li/
beris de inofficioso licet disputare sequitur statim.l.ij. vbi consultus ait hoc colore
de inofficioso testamento agitur quasi non sane mentis fuerit: qui testamentum or/
dinauerit.huius intētionis fuit Sceuola qui singulariter inquit in.l.patronus.in fi
ne.ff.de lega.iij.loquens de illo cuius testamentum subiacet querele inofficiosi te:

fine.ff. de lega.iij. loquens de illo cuius testamētum subiacet querele inofficiosi testamenti eo quia venit cōtra officiū pietatis non instituēdo eos quos instituere debet subdit hec verba: quia crederetur quasi furiosus testamētum facere nō potuisse. facit. l. titia. ff. de inof. test. in fi. vbi in terminis eo casu quo testamentū rumpitur per querelam inquit consultus nec fideicōmissa data ab intestato deberi quasi a demente/ et illum tex. ad hoc propositum notat Bal. in. l. furiosum. C. qui testa. fa. po. dicens quod vbi tempus testamenti fuit vicinum tēpore furoris exactus qualitate presumitur non sane mentis si non continet institutionē filiorū: et legata pro anima etc. et alij Moderniores in. c. cum dilectus. de successio. ab intest. et alijs locis: ad hoc notantillum tex. quod probatur furor: si testator exheredat filiū sine causa et instituat heredem extraneum/ vnde omnia ante dicta iura exclamant quod talis testator demēs iudicari posset relinquēdo bona sua extraneis liberos vel parētes exheredando quia venit contra officiū pietatis qui filios exheredat iniuste et sine causa/ et idem si parētes exheredat vt dicit tex. in. d. l. ij. et in. d. l. nam et si parentibus/ et Alexā. Jmo. vnus de Modernioribus magne fame et timorate cōscientie in cōsulendo ad impugnandum testamentum cuiusdam Jacobi tanquam factum ab eo furioso vnam de principalibus coniecturis quam allegat ad fundādam eius demētiam hec est quod predictus Jacobus disposuit in suo testamento quod si Nicolaus eius filius decederet sine masculis hereditas veniret ad quendam. D. Antonium qui non erat de eius cognatione et sic pretulit dictum Antonium suis nepotibus quod quidem nullus homo sane mentis iuris presumptione faceret cum presumatur quemlibet suam sobolem aliene anteponere vel antefacere. l. cum acutissimi. C. de fideicō. vt latius exemplificat in consilio. cxlj. j. volu. iiij. colū. licet nullo ex antedictis allegato fundamento. et Bar. in quodam tractatu de testi. in. §. apposita prudētie sunt. inquit quod vbicunque aliquis habēs dilucida interualla facit aliquē actū in dubio ipse actus ostēdit vtrum fuerit factus in quiete vel insanitate: quid enim si matrem vel filium vel coniunctum percussit quid si cōtractū fecit in quo enormiter lesus est certe ipse actus ostēdit ipsum non esse in quiete perfecta secūdum eū. Sed certe auiā suam offendit satis enim enormiter lesa fuit bonis tam opulentissimis eam priuare marito suo relinquere nullo legato etiam minimo pro anima sua relicto: quod enim maius furoris et dementie signum? pro certo nullum. ad predicta pondero singulariter verba et intentionē imperatoris in. l. fina. C. de testa. mili. vbi illis qui non habent mentē stabilem et integram atque perfectam: ideo interdicitur ne possint condere testamentum ne parentibus forte suis aut alijs propinquis nocere possint propriam substantiam extraneis relinquēdo. hec in littera que valde inferūt in proposito/ cōsideratis igitur verbis fatuis a dicta Domina prolatis et continuatis tam tempore testamenti quā ante: et post actibus etiā manifestā demētiā: et furorē indicātibus cōsiderata passione: et infirmitatis qualitate que frenetica: cōsiderata patrimonij magnitudīe: et cōsiderato amore quē habebat ad auiā suā: et eiusdē testamēto: et dispositione cōsiderata: in qua omnibus bonis dictā auiā et oēs cognatos priuauit nec vnū denariū pro aīa reliquit/ et ōne patrimoniū marito reliquit cū quo duobus aut tribus mensibus vitā egerat maritalē: et quod deterius est vt testes dicunt illo et tam paruo tēpore non vt decebat tractata posita etiā extra terminos (vt ita dixerim) libertatis pluribus extorsionibus importunata et cōpulsa existēs sub potestate mariti et soceri. certe iudicibus timorate cōscientie ista satis inferūt testamentū nullius effectus esse: tam ex defectu sane mentis quā etiā ex defectu omnimode delibertatis in disponendo que in testamentis ad eorum validitatē

iura requirũt: imo satis dispositio illa ex dictis qualitatibꝰ demõstrat dementiã disponẽtis. sicut cõsultus inquit in. l. quidã in suo. ff. de cõdi. insti. de eo qui iussit ossa sua proijci in tiberim. ⁊ etiã alia iura de illis qui extraneis bona relinquũt: ⁊ parẽtes suos illis priuãt/ tales enim dispositiones que ex earũ qualitate iudicãt demẽtiã testãtis nõ seruãde imo aspernẽde sunt vt dicta iura manifeste clamãt. ¶ Per que Doctores nostri narrãt plures dispositiones ex earũ qualitate reprobatas. narrat enim Ange. de peru. in. d. l. quidã in suo. se cõsuluisse nõ esse seruandã dispositionẽ cuiusdã diuitis Florẽtini mercatoris qui mãdauit corpus suũ in vno storio inuolutum sepeliri sine panis sed solũ cũ vna cãdela vniꝰ denarij/ ⁊ si cõtra fieret priuauit heredẽ hereditate ⁊ eum heres honorifice sepeliuit quod non debet hereditate priuari. ⁊ Pau. de Cast. narrat ibi de quodã Doctore paduano qui in suo testamento mandauit qđ corpus suũ portaretur ad sepulchrũ cum tubis ⁊ qđ fierẽt nuptie ⁊ qꝑ vxor indueretur panis rubeis alias priuauit heredem hereditate. qđ ista dispositio non sit seruãda/ optimꝰ tex. ad predicta in. l. seruo alieno in. §. fina. ff. de lega. j. facit tex. singu. in. l. fina. ff. de auro ⁊ argen. lega. vbi Sceuola cõsultus narrat de quadã muliere que iussit se sepeliri cum quibusdã ornamentis que fecerat ad se sepeliendã ex smaragdis ⁊ margaritis. facit. l. vnica. C. de his que pene nomine. ⁊ alia his similia narrantur que ex earũ qualitate dementiã disponentis inferunt.

Vtrũ testibus deponentibus aliquẽ esse furiosũ credatũ magisq̃ deponẽtibꝰ esse sane mẽtis.

¶ Nec predictis obstant dispositiones aliquorum testium aduerse partis quibus innititur fundare dictam dominã esse sane mentis tẽpore dicti testamenti/ hoc enim non obstare actori multipliciter ostenditur. ¶ Primo quia testes actoris plures sunt ⁊ meliores qui probant dementiam ⁊ mentis alienationẽ dicte domine non solum per testes actoris hoc probatur sed etiã per testes ipsius rei/ presertim hoc probatur per duos religiosos ordinis sancti Francisci: vnus nomine frater Franciscꝰ sancti Cipriani Guardianus monasterij ville de Carrion ⁊ alius frater religiosus qui erat cum eo in. vij. ⁊. xij. articuls ⁊ alijs/ est etiam quidam castellanus homo magne auctoritatis idem disponens ⁊ alij/ vnde dicti religiosi ⁊ castellanus qui deponunt de eius dementia tempore testamenti ante ⁊ post: cum sint tante auctoritatis et timorate conscientie magnam prestant auctoritatem ad credendũ sic esse mente alienatam et freneticam vt ipsi deponunt etiam alijs contra asserentibus/ auctoritas enim ⁊ honestas personarum multum ponderatur in testibus ad preferẽdum alios testes. vt dicit tex. nota. in. c. in nostra. de testi. per quem satis ad propositũ dicebat Hostien. ibi quod si ex vna parte possent esse duo testes tales ⁊ tante honestatis qđ potius eis staretur quam multitudini. quod sequitur ⁊ extollit Abb. ibi potest esse secundum Hostien. quod centum viles et ribaldi essent pro vna parte duo honesti viri pro alia quibus staretur/ ⁊ hoc placet Abb. item quia hoc totum arbitrabitur iudex secundũ eum quod satis innuit Papa in. d. c. in nostra. dũ dicit quod ad multitudinem tantum respicere non oportet sed ad testium qualitatem. l. iij. ff. de testi. bonus tex. in. §. sancimus. in aucten. de testi. ibi non quosdã ignobiles ⁊c. maxime cum supradicti essent religiosi/ nam vt inquit glo. in. c. monachus. versi. compendia. lxxvij. distin. tantum valet testimonium quatuor clericorum quantum sex laicorum. ¶ Secundo quia testes aduerse partis patiuntur plura obiecta aduersus eos probata que eorum fidem repellunt/ sunt enim familiares ⁊ domestici ipsius rei et parentum eius cuius fides repellitur. l. eos ⁊. l. etiam cum vulgaribus. C. de testi. sunt aliqui vasalli/ ⁊ alij patiuntur diuersa obiecta de quibus in processu/ nec etiam facit fidem tabellio ipsius testamenti qui fuit productus in testem in quantum deponit

dictam dominam esse sane mentis tempore dicti testamenti. nam vt inquit Joan. Andre. in titu. de testi. in. §. opponitur. versi. quid si administrator nunquam adhibendam fidem testi deponenti de facto suo quando ex eo laus vel opprobriũ posset ascribi deponenti. quem sequuntur Docto. in. c. ex litteris. de transa. ⁊ Anto. vocat optimam hanc doctrinã in consulendo: quam in lectura in. c. cum a nobis. de testi. inde est quod nec iudici nec arbitro in forma testis productis creditur de pertinentibus ad causam de qua iudicauerit vt Hostien. ⁊ ceteri dicunt in. d. c. cum a nobis ⁊ Bal. in. l. ne in arbitris. C. de arbi. ⁊ Bal. in. l. iubemus la. ij. in. §. sane. C. de sacro san. eccle. sed nulli dubium est nisi quod esset opprobrium imo periculum ipsi tabellioni conficienti instrumentũ alicuius dementis: cum iurent tabelliones exercere diligenter officiũ suum. c. ad audientiam. de prescrip. maxime cum in principio testamenti dicunt/talis sanus mente: licet infirmus corpore: ⁊ si sic non est valde debẽt cauere tabelliones ne tale testamentũ conficiant. vt Cyn. dicit in. d. l. senium. ⁊ Bal. ⁊ Ange. in. d. l. quidam in suo. ⁊ reperio quod Alexan. in consulendo cons. cxlj. incipi. mature probo. multum ponderauit hoc ad repellendum tabellionem quendam ne productus in testem faceret fidem ad probandum testatorem fuisse sane mentis cuius ipse confecerat testamentum. Nec etiam dicta verba sanus mente ⁊c. que tabelliones consueuerant ponere in testamentis probant aliquid ad sanam mentẽ probandam. vt Bal. in specie firmat in. l. ij. ff. de testamen. ⁊ Salice. in. l. furiosum. C. qui testa. fa. po. ⁊ Ange. in. l. quidam in suo. de condi. insti.

¶ Tertio quia testes ipsi disponunt verisimiliora ⁊ ea que magis cadunt in sensu testium. s. in alienatione mẽtis que per actus exteriores probatur. nam probare quẽ non esse sane mentis licet videatur prima facie negatiua: tamen non differt ab affirmatiua cum probetur per actus ⁊ media extrinseca affirmatiua. puta dicebat et faciebat talia. vt est ille casus notabilis in. l. j. C. de cano. fru. vr. ro. li. xj. glo. in. l. nec codicillos. C. de codici. ⁊ in. d. c. cum dilectus. item testes qui deponunt aliquẽ esse furiosum vel mente captũ deponunt de eo qđ oculis viderunt ⁊ perpenderunt. s. faciebat talia: dicebat talia ⁊c. deponens autem eam sane mentis esse magis videtur deponere de qualitate inuisibili: que nõ percipitur visu nec auditu. sic in specie dicit Bal. in. l. ij. ff. de testa. dicens quod mentis sanitas est quid inuisibile: ⁊ proprie non percipitur visu vel auditu sed magis iudicio rationis: nec a teste probatur directe nec cadit directe in sensu testis hominis qualitas secundum eum loquendo in proposito ⁊ sic preponderat nostra probatio. iuuat ad hoc illud notabile verbum Innocen. in. c. super hoc. de renunciatio. vbi dicit quod si spoliatus per duos testes probat violentam spoliationem seu renunciationem: non valet aduersario aliqua probatio super spontanea voluntate/etiam si hoc probaret per centum testes/ratio est que infert in proposito quia reddunt testimonium de intentione que soli Deo est cognita/ideo eorum testimonium non valet. at ille qui probat vim vel metum vel dolum/probat quod oculo vidit/⁊ sic hoc testimonium preualere debet. hec ille/ vnde sic videtur dicendum in proposito quia cum testes affirment aliquem furiosum per actus extrinsecos verbis et factis ab eo fatos/ alij testes qui affirmant eum sane mentis videntur quodammodo deponere de mentis qualitate que est inuisibilis nec potest bene perpendi ex verbis sicut fatuitas vel stultitia cum fere nullus sit ita stultus qui aliqua verba non proferat que videntur hominis sane mentis/⁊ videmus quotidie per experientiam/et ista videtur esse intentio Abb. in dicto. c. cum dilectus. de successio. ab intes. ad fi. vbi mouens questionem si aliquis probat aliquem esse furio

sum/alius probat eum esse sane mētis cuius probatio preualeat. refert se ad ea que
notauit in.c.super hoc.de renun. ¶ Et maxime hoc obtinet in proposito nam si be
ne aduertuntur testes aduerse partis non deponūt eo modo quo concludūt nec re-
pellunt dementiā probatā per actus diuersos mentis insane a testatrice factos:nam
plurimi testes aduerse partis aut fere omnes dicunt se non vidisse eā aliquos act⁹
furiose facientē que negatiua est/nam possibile est qđ ipsi non viderūt nec audierūt
⁊ quod viderent ⁊ audirent alij testes ipsius actoris qui hoc deponūt: vnde proba
tio debet esse concludēs.c.in presentia.de probatio.l.nec natales.C.de probationi.
imo cum testes actoris dicant eam esse furiosam seu mente alienatam tempore testa
menti ad hoc vt eis contradicerent testes ipsius rei deponere deberent se fuisse pre-
sentes tempore testamenti ⁊ eam vidisse sane mentis nec aliqua verba insania protu
lisse ⁊ quod si protulisset non potuisset esse absq̄ eo quod ipsi vidissent et audissent:
aliter deponentes nil probant cōtra alios vt dicit glo.nota.in auctē.de heredi.⁊ fal-
ci.§.si vero absunt.colla.j.quā in diuersis locis scribentes ad hoc extollūt ⁊ Bar.
in.l.j.in.§.hoc interdicto post glo.de itine.actuq̄ priua.⁊ in.l.heredes palā in prin.
ff.de testa.Cin.in.l.actor.C.de proba.⁊ alij in.l.optimā.C.de contra.⁊ cōmi.stipu.
sed nec testes hoc dicunt imo nec articulatum est.

¶ Quarto ⁊ ad hoc est aduertendum valde ad excludendum depositiones testium
aduerse partis/actor enim habet pro se testes deponentes eam insanā ⁊ mente alie-
natam tam tempore testamēti quā etiam ante ⁊ postquā infirmitas eam inuasit de-
ponunt optime de verbis ⁊ actibus eius dementiā aperte manifestantibus toto illo
tempore vnde dico quod etiam si illis diebus aliquibus horis aliqua verba protu-
lisset tanquā sane mentis prout aliqui ex testibus ipsius rei volunt dicere nihilomi-
nus testamentū illo tempore factū est nullius momenti attenta furoris cōtinuatio-
ne ⁊ dementia sic cōtinuata approximata ⁊ propinqua verbis et factis hoc est quod
eleganter voluit Bar.in quodā tractatu quē fecit de testibus.§.opposita pruden-
tie sunt.ij.colun.illius.§.vbi sic inquit: si aliquis multa verba ordinate proferebat
inter que alia in fatuitatem interseruit certe in toto illo actus fatuus presumitur se-
cundum eum.⁊ fuit hec elegans consideratio ⁊ Modestini decisio in.l.quidam in
suo.de condi.insti.ff.vbi ex Modestini iudicio fatuus ⁊ demens iudicatur ille qui
licet in testamēto heredē instituit qui erat actus hominis sane mētis tamen post he-
redis institutionē precepit heredē vt corpus suū in mari proijceret: ⁊ si dictā condi-
tionem nō adimplesset noluit eum esse heredē.⁊ hunc tex.ad ante dictum propositū
ponderauit Bar.in.d.§.opposita prudentie.sic videtur dicendū in proposito quod
licet dicta Domina aliqua verba tanq̄ sane mentis protulisset/tamen quia in dicto
actu testandi et incontinēti post ⁊ ante testamentū interseruit ⁊ protulit aliqua verba
fatua: testamentū est nullius momenti cum presumatur mente alienata in dicto actu
testandi.⁊ qđ dicta verba fatua interseruit deponunt dicti testes maxime dict⁹ mo-
nachus testis a reo productus deponit: q̄ licet in ipso actu testandi in his que con-
cernebant conscientiā suam respondebat ordinate ⁊ bene tamen statim loquebatur
inter se ⁊ inserebat verba fatua que interseruit in dicto actu testandi ⁊ incontinenti
post ⁊ ante/vnde in his proprijs terminis Alexan.consulendo sequitur hoc ad im-
pugnandū testamentū cuiusdā Jacobi tanquā dementis/dicens non obstare dictū
cuiusdam testis Georgij qui deposuit quod interfuit dicto testamento quod fecit di-
ctus Jacobus et quod cognouit tunc temporis dictum Jacobum esse sani intelle-
ctus eo quia fecit legata pia pro anima/nam respondens Alexan.ad hoc dicit quod

licet in illo actu .s. in legando pro anima ostenderit se esse sani intellectꝰ tamē quia alia dicebat ⁊ faciebat que non cōueniunt homini sani intellectꝰ sequitur qđ cum in omnibus non se gesserit vt sanus intelligitur qđ ille actus testandi fuerat factꝰ non tempore sani consilij per ante dicta vt latiꝰ deducit in dicto consilio .cxlj. j. volu. in .v. colū. vsi. similiter nō obstat ⁊ in .j. ⁊ .ij. col. ad hoc propositū Ange. de Peru. in .d. l. furiosum. allegat. d. l. quidā in suo. ad probandū seu presumendū si testamentū fuit tēpore furoris aut nō in eo qui haberet dilucida interualla (inquit) deberi inspici ⁊ videri seriem ⁊ formā verborū prolatorum ab ipso concedente testamentū in sua vltima volūtate si cōueniant homini sane mētis presumā eum furiosum bene dicit et est casus recte intuenti in .l. fina. C. de here. insti. subdit ad propositū ⁊ si verba erant mixta ita qđ poterāt cōuenire furioso ⁊ homini sane mentis presumā eum in dubio furiosum etiam si vnum verbum furiosi protulerit nisi liquidis argumentis de sana mente probetur nec attendā pluralitatem verborū nec distantiam temporis furoris vel sane mentis ab actu testandi vt Bal. dicit. hec ille per .l. quidā in suo. idē Bar. sequitur hoc aperte in .l. ij. ff. de bono. posse. furio. infan. ij. col. in vsi. videre ⁊c. ⁊ ipse Bal. aperte in .d. l. furiosum. de illo qui interseruit aliqua verba fatua. ¶ Ecce ergo ex hoc apparet nihil prodesse ipsi reo qđ dicta testatrix aliqua verba tanquā sane mentis protulisset cū ex eo quod alia fatua interseruit in dicto actu testandi ⁊ ante ⁊ post et incontinenti debet iudicari testamentū dementis ⁊ sic nullius effectꝰ non tamen dicitur cessare dementia licet aliquo modo lateat ⁊ videatur velata. ¶ Confirmo hoc singulariter ad propositū nam fere omnes testes deponūt dictam dñam esse freneticam/ sed ꝙ hec infirmitas ⁊ morbꝰ seu passio frenesis superficialiter aliquo spacio videatur latere: habes iudiciū magistrorū hoc determinantiū/ inquit enim Auicenna tractando de frenesi quod alienatio mentis in vera frenesi semper adest licet non semper eodē actu ⁊ eadē intentione quod cōtingere potest propter diuersitatem motus ad ledendum: quando enim fortiter mouetur etiam tunc ledit ⁊ tunc alienatio aliquid remittit. hec ille. ⁊ Galienus in .c. de interioribꝰ inquit/ frenesis vera paulatim venit nec subito mentis alienationem facit sicut contingit in alienationibus propter alia verba factis sed cum facit ea continue patiūtur/ itaꝗ frenesis vera semper durat licet parafrenesis antecedit aliquando pausat secundū eos maxime hoc constat in proposito cum dicta domina fecit dictū testamentum iam aliquibus diebus post frenesim ⁊ vt plurimum signa frenesis fortificant circa quartū diem secundum Auicennam ⁊ secundum medicorum sententiā morbus frenesis semper durat ex quo incipit: vnde semper est in dementia infirmus ⁊ patitur alienationem mentis licet videatur loqui aliqua verba sane mentis.

¶ Confirmo etiam ⁊ notabiliter pondero mentem iuris consultorum super hoc disponentium. ecce ergo quod iura que furioso concedunt facultatē testandi hoc concedunt in interuallis dilucidis sic disponit tex. in .d. l. furiosum. ibi si vero voluerit in dilucidis interuallis condere testametū ⁊c. et non solum requiruntur interualla sed dilucida. l. cū alijs. C. de cura. furio. ibi sed per interualla que perfectissima sunt ⁊c. que verba valde ponderanda sunt inquantum supradicta ⁊ alia iura requirunt dilucida et perfectissima interualla. dilucidum vero secundum veros gramaticos interpretes componitur ex di/ ⁊ lucidus/ itaꝗ lucidare est diuersis modis lucidare: et lucidare est proprie lucidum facere: aperire: exponere: declarare: ⁊ manifestare/ et sic imperator duo requirit interualla et lucida/ hoc est diuersis modis manifestātia et declarantia mentis sanitatem et hec perfectissima: totum hoc deficit in propo

Qualiť intelligatur ꝙ furiosꝰ potest facere testamētū in dilucidis interuallis.

sito cum ipso actu testandi et statim post ɀ parū ante verba insana protulit ɀ sic non fuerunt interualla cū testes deponāt de verbis ab ea prolatis et actib9 ab ea factis tanquā insane mentis tépore propinquo tépore testaméti tā ante quā post nec etiam fuerūt dilucida nam si aliqḋ verbū inordinatū proferebat statim alia multa insana dicebat ɀ sic nō ex hoc sane mētis sed insana iudicāda venit cū nō sit aliquis etiam valde stultissimus qui nō dicat aliqua verba ordinata vnde est qḋ imperator elegā ter inquit in.l.cū alijs.C.de cura.furi.cū incertū sit huiusmodi furoris hoīes quā do resipuerint siue ex lōgo siue ex proximo spacio. ¶ Ita cū statim ante ɀ post testamentū verba proferebat insana non dicebatur morbus seu furor cessare sed aliquo modo latere ɀ ita vitiaretur act9 tanꝗ demētis cū nō interueniāt interualla nec dilu da nec perfectissima vt iura requirūt. ¶ Bene infert ad hoc singularis determinatio Bal.in.l.humanitatis ad fi.C.de impu.et alijs.in illa.q.si post furorē supueniat mētis trāquillitas sed parū durauit vtrū rupta sit substitutio exēplaris:cōcludit qḋ si morb9 fuit sanat9 expirat aut fuit velat9 ɀ nō expirat sed latuit interim aut fuit interpellat9 ɀ tūc cessabit substitio interim sed tandē redit ad suū esse vt dicit tex.in.d.l. cum alijs.subdit ad propositū aut dubitatur vtrū fuit sanat9 vel velat9 aut interpellatus ɀ tunc si noua furoris conuersatio est priori quasi coniuncta ɀ tunc presumitur eadem morbi causa durare ɀ sic durat substitio.hec ille.

Testamētū vl' contractus an ꝑsumit factꝰ in dilucidis interuallis an tépore furoris.

¶ Confirmatur etiam predicta conclusio ea iuris presumptione etiam si deficeret probatio punctualiter.s.quod esset insane mentis ipso actu et tempore testamenti nam cum ante testamentum ipsa esset mente alienata et haberet dictam passionem furoris et frenesis sic presumitur eam habere tempore testamenti et tempore dementie presumitur factum testamentum vnde licet quis regulariter presumatur sane mētis.l.nec codicillos.C.de codi.tamen si probatum sit quem esse furiosum antequam faceret testamentum etiam si habuisset dilucida interualla presumitur testamentum factum tēpore furoris.iste est casus singularis iuncta glo.in parte compotē.in.d.c. cum dilectus.quā glo.sequitur ibi Abb.et Anto.ɀ Ioan.de Imo.et alij in dicta.l. furiosum.glo.in.c.indicas.iij.q.jx.passiones enim et tales morbi presumuntur durare nisi contrarium probetur vt probat glo.notabilis in.c.cum inter canonicos. in ꝟsi.recusatus de electio.quam ibi Abb.sequitur post alios maxime in passione furoris que non consueuit de facili recedere vt dicunt Innocen.ɀ Cardi.pro quibus do casum nota.in.d.l.cum aliquis.C.de cura.furio.vbi est casus apertus quod presumitur furor continuari licet casualiter habeat quis dilucidum interuallum per quem sic consuluit Pe.de Ancha.in quodam testamento ɀ alij idem consuluerūt et Bar.idem in dicto tractatu de testa.§.opposita prudentie.qui dicit qḋ qui firmat et dicit furiosum gessisse aliquem actum eo tempore quo erat sane mentis debet hoc clare probare quia presumptio est contra eum.casus est nota.in.d.c.indicas cū glo. iij.q.jx.et in.d.c.cum dilectus.iuncta glo.et hoc sequitur Pe.de Ancha.in clemē.j. de homici.et dicit se habuisse de facto quidā qui nūc furiosus erat postea statim sane mentis verbis et factis extrinsecis videbatur fecit contractū in quo se obligauit in mille eo mortuo contra dictā promissionem heres se defendebat allegando et probando illum esse furiosum aduersa pars probat illum dilucida interualla habuisse decidit quod presumatur dictum contractū factum fuisse tempore furoris licet non esset probatū tempore furoris fecisse quia ex quo semel furiosus presumitur sic fuisse tempore contractus.idem consuluit Francis.in.d.clemen.dicens quod si probatur de furore ante contractū mutui infringeretur contractus nec sufficit qḋ probaretur

dicte ville: primo quia etiam vbi generaliter seu simpliciter fuisset concessa iurisdi/
ctio dicte ville per consequens videtur ei cõcessa iurisdictio in terminis suis/ ad hoc
optimus tex. in. l. j. in. §. cum vrbem. ff. de officio prefe. vr. qui tex. ad hoc dubium est
valde notandus/ nam postquam Vlpianus posuit regulam quod cum princeps fi/
dei prefecti vrbis commisit quicquid intra vrbem admittitur ad eundem prefectũ
pertinet: subdit idem esse quo ad terminos vrbis ibi sed et si quid intra centesimum
lapidem admissum sit ad prefectum vrbis pertinet/ et sic est ibi casus apud omnes q̄d
commissa iurisdictione ciuitatis includitur comitatus. i. propriũ illius territorium/
nam territorium vrbis erat ex omni latere centum milliarium tam in mari quam in
terra vt ibi dicitur. et Bal. ibi singulariter. ij. colũ. satis ad propositum inquit quod
illud idem quod ibi disponitur in cõmissione simplici que ampliatur fauore publi/
ce vtilitatis: idem erit in donatione vt si aliquis donasset seu concessisset iurisdictio/
nem in villa aut castro cum iurisdictio sit indiuisibilis censetur etiam concedere in
territorio ville ita ꝙ curia accessoria sequitur principale argu. optimum in. l. si aque
ductus de contra. emp. cum duabus sequentibus ibi quia pars edium ad emptorẽ
pertinet. ¶ Et est ponderandus ille versi. sed si quis intra centesimũ lapidẽ iuncta. l.
fina. illius titu. ibi cum terminos vrbis exierit satis ad propositum ibi determinat
quod comitatus seu terminus alicuius ville seu vrbis probatur per terminos assig/
natos infra ab eo qui habuit potestatem terminandi inter comitatum ⁊ comitatũ:
nam ibi terminus comitatus vrbis Rome terminatur ad centum milliarium et sic
villa vel castrum quod est in comitatu alicuius ciuitatis sub ea ciuitate esse vr̄ nisi ha
beat speciale priuilegium ar. l. nulli. §. quod in vico. C. de epis. ⁊ cle. vnde licet verba
dicant vrbem nostram: tamen comitatus continetur vt ibi est casus: ⁊ magistraliter
Bar. ibi ponderat ad predicta illum tex. ¶ Sic in proposito cum dictus Didacus
Lopez de Haro assignauit terminos dicte ville ⁊ eidem iurisdictionem concessit
quicquid intra terminos subest dicte ville et in eisdem terminis iurisdictionẽ con
cessisse vr̄ et ad hoc propositum. d. §. cum vrbem. allegat Abb. in. c. Rodulphus de
rescrip. eum bene gustans. et idem Bar. in. l. vrbis. ff. de verbo. signi. sentit quod in
beneficijs appellatione ciuitatis venit totum territorium. ¶ Et ad hoc propositum
mihi videtur casus famosus in. l. pupillus. in. §. territorium. ff. de verbo. signifi. vbi
Pomponius iurisconsultus diffiniens territorium eleganter inquit/ territoriũ est
vniuersitas agrorum intra fines cuiuscunq̄ ciuitatis quod ab eo dictũ quidã aiunt
quod magistratus eius loci intra eos fines terrendi. i. submouendi ius habeãt. ecce
ergo iurisconsultum habuisse hoc pro presupposito et determinato ad magistratum
ciuitatis pertinere iurisdictionem intra fines et terminos suos et ab hac proprietate
verborum territorium vocari/ concessa ergo iurisdictione ciuitati vt habeat suos iu
dices et alios officiales ad iurisdictionem exercendam vt continetur in dicto priui/
legio eo ipso eis data potestas et iurisdictio censetur intra territorium et terminos

dicte ville. facit. d. l. nulli. §. quod si in vico. C. de epis. et cle. et. l. qd ex vico. ff. ad municipa. ¶ Inde est quod Joan. And. post Hostien. in. c. ex litteris. de iure patro. inquit quod villa et castrum sunt nomina vniuersitatem designantia que in se continent iurisdictionem/honorem/et districtum: ideo transeunt cum vniuersitate licet alias non transirent. l. in modicis de contra. emp. ¶ Hinc est quod per. d. §. cum vrbem. Pe. de Ancha. in regula accessorium de reg. iuris expresse firmat et fortius quod per concessionem castri videtur concessa iurisdictio etiam in territorio et per consequens videtur concessum territorium merum. n. et mixtum imperium videtur adherere administrationi quã ratione territorij quis habet. C. vbi et apud quos in inte. resti. post. l. fina. C. de fun. limi. l. quicunque. lib. xj. vtpote ei adiacens seu coherens. ff. de actio. emp. l. creditor. in. §. fina. vnde princeps concedendo castrum et territorium videtur concedere quandam vniuersitatem agrorum et qui concedit locũ cum suis finibus videtur concedere quicquid intra fines continetur. ff. de contra. emp. l. qui fundus. §. si fundus. et sic cum vniuersitas conceditur omnia etiam incorporalia veniunt. ff. de verbo. signi. l. princeps. vt Bal. late his fundamẽtis vtitur ad translationẽ iurisdictionis in. c. j. de capi. qui cur. vendi. in vlt. feudo. iij. et. iiij. colũ. preterea villa et territorium vnum totum cõstituunt inter fines certos positum vt in dicto. §. territoriũ. vnde hoc totum non debet diuerso iure censeri. ff. de vsuris. l. cũ quidem ne huius totius pars libera alteri ancillari videatur. ff. de libe. ca. l. duob9. et territorium castri subiacet castro. ff. de adoptio. l. si partem. et territorium habet se ad castrum seu villam quemadmodum accessorium ad principale quod apparet ex eo qui preficitur vni preficitur alteri vt in. d. §. cum vrbem: vbi imperator commisit vrbem prefecto pretorio et de territorio nil dicens tamen. l. arguit quod territoriũ eidẽ prefecto videtur esse commissum et sic tanquã accessorium sequitur principale. ff. commo. l. si vt certo. §. vsque adeo. Itẽ iurisdictio in territorio dependet ex iurisdictione in castro quasi a capite vnde id qd respicit vel includit principale respicit õne id quod dependet ab illo. l. j. C. de codi. preterea iurisdictio castri et territorij in se vna est et incorporalis et per consequens indiuisibilis. l. vna est via. ff. de serui. rusti. pre. vnde concessio iurisdictionis non est circa partem sed potius circa ipsam totam tam in castro quã in territorio. ff. quẽ ad. serui. ami. l. si stilicidi. §. fina. hec et alia fuerũt adducta a Bal. in. d. c. j. de capi. qui cu. ven. iiij. et. v. colun. ¶ Ex quibus fabricauit contra Oldra. conclusionem hanc quod si aliquis recognosceret se castrum retinere in feudum ab aliquo videtur recognoscere territorium et iurisdictionem territorij etiam in feudum retinere. ¶ Iuuat predictis quod Inno. singulariter dicit in. c. cũ ad sedem. de rest. spolia. quem sequitur ibi Abb. quod castro nihil est deputatũ qd sit eius pertinentia sed tamen ab hominibus et eorum statutis consueuit castris certum territorium assignari quod ibi in iurisdictione et datijs debeat responderi vnde cum petitur castrũ cum pertinẽtijs predicta sic castro deputata petita intelligũtur. ¶ Et sic habẽt isti Docto. iurisdictionẽ territorij alicuius ville pro pertinentia ipsi9 ville. vnde Bal. faciens mentionem de hac conclusione Inno. in. l. beneficium in. ij. colun. de consti. prin. inquit quod si princeps donat mihi iurisdictionẽ alicuius castri videtur omnem iurisdictionem donare et omnes reditus causarum ciuilium et criminalium pertinent ad me argumento. d. §. cum vrbem. sed si donat mihi ciuitatem videtur etiam comitatum et districtum donare et omnes pertinentias de quib9 loquitur Inno. in. d. c. cum ad sedem. hec ille. ¶ Alia plura ad hoc adduci possent sed videtur mihi vitio prolixitatis ascribendum esse quod plerique faciunt multipli-

cando cotas ⁊ similia coaceruādo qđ hodie plusquā facile est attēta vsq̄ ad nauseā comētantiū caterua/⁊ maxime hoc euitandū esset quando scribitur super negotijs determinādis in hac regali audiētia cum dñi auditores sint valde occupati in negotiorū arduissimorū diffinitionib⁹ vnde oportet tangere breuiter q̄ad rem faciūt nec in superfluis insistere. ❡ Unde ad huius primi articuli satisfactionē sufficiat commemorare iura illa per q̄ infertur eius decisio.d.l.pupillus.§.territoriū.d.l.j.§.cū vrbē.ibi si q̄d intra iūcta.l.fi.eiusdē titu.ibi cū terminos vrbis exierint sic est in episcopatib⁹.c.de zenodochijs de religio.domi.hec de primo. ❡ Scđo quia vltra predictam iuris dispositionē sunt in dicto priuilegio aliqua verba ex quib⁹ videtur iurisdictionē terminorū dicte ville a se cōcessam ibi/do ⁊ otorgo vos q̄ ayades por vr̄os vezinos los mis labradores que yo he dentro destos terminos sobredichos a vr̄a vezindad.Si ergo cōmorantes intra dictos terminos sunt vicini dicte ville ⁊ concessa fuit iurisdictio dicte ville ergo in omnes vicinos maxime quia ibi cōtinetur/⁊ ayades vr̄os alcaldes: ⁊ iurados: ⁊ preuostes: escriuano sayon vr̄os vezinos.l.in continentib⁹ de verbo.signi.per Bar.in.l.j.ff.ad municipa.glo.in.c.j.de vsur.li.vj.⁊ propterea dicitur territorium quia est spaciū terre iurisdictiōe munitū vt Bal.inquit in lib.feudorū titu.iij. ❡ Unde verba dictorū priuilegiorū valde inferunt ad cōcessionē iurisdictiōis in dicta villa ⁊ suis termīis imo in fortiorib⁹ terminis Bar.in.l.j.ff.de iuris.om.iudi.ad finē singulariter ad propositū inquit q̄ si princeps vel alius concederet alicui vniuersaliter vnū territoriū videtur ei cōcedere vniuersaliter iurisdictionē ex hoc quia sicut qui cōcedit rem singularē dicitur dominiū rei singulariter cōcedere.l.si ita in fi.de contra.emp.ita ille qui cōcedit vniuersale territorium videtur cōcedere iurisdictionē que est idē qđ dominiū alicuius rei particularis dicit hanc esse pulchrā ⁊ verā cōsequentiā/⁊ Bar.in.l.ij.in prin.de verbo.signi.inq̄t per.d.§.cū vrbē iūcta glo.in.d.l.ij.q̄ dicit qđ illa lex loquitur in beneficijs q̄ si imperator cōcederet mihi istā ciuitatē intelligitur cōcedere cū omni iurisdictione sua.facit.l.si quādo.C.de bo.vacan.hoc idē tenet Bar.post Jaco.de Are.in.l.si finita.in.§.ex hoc edicto.ff.de dāno infe.⁊ Bal.in.l.cū multa.C.de bonis.libe.inquit q̄ si castrū cōceditur alicui ab imperatore videtur ei cōcessum cū plenissima iurisdictione que describitur a territorio ⁊ hoc per.d.§.cum vrbem.⁊ per.l.ij.de fun.limi.li.xj.ex his decidit singulariter Ange.de Peru.in auct.de equali.do.in.§.aliū quoq̄ qđ si imperator per priuilegium concedit mihi vnum castrum cum certo territorio et etiam in castro ⁊ territorio concedit mihi merū ⁊ mixtum imperium si postea auget mihi territoriū licet nihil dicat de mixto imperio tamē extenditur ⁊ videtur cōcessisse in dicto augmēto iurisdictionem. ❡ Sed de exercitio iurisdictionis in dictis terminis constat dupliciter.Primo per plures scripturas/processus/sententias/executiones/⁊ alios plures actus iudiciales ⁊ extraiudiciales inducentes exercitium iurisdictionis de quibus latissime fit mentio in processu ⁊ per registra tabellionum ab anno dñi vsq̄ ad hec tēpora ⁊ per alias scripturas q̄ probare vidētur iurisdictionis exercitiū in dictis terminis a tēpore in memoriali.Proba̓t etiā per plures testes qui deponūt de antiquo tēpore de vsu ⁊ exercitio iurisdictionis in dictis terminis. ❡ Nec decisionib⁹ antepositis obstare videtur.l.ordinamē.de Alcala regis Alfonsi vbi tractatur ⁊ deciditur per q̄ verba videtur rex cōcedere iurisdictionē ⁊ de interpretatione priuilegiorū per q̄ verba in eis apposita videatur cōcessa iurisdictio q̄ro q̄r.d.l.loquitur vbi in priuilegijs nō esset cōcessa exp̄sse iurisdictio qđ in p̄posito vr̄ cessare attentis verbis priuilegiorū dicte ville concessorū vt ante probatū est. Scđo

q2 in .d.l. solū deciditur casus.s.qn̄ alicui esset cōcessa ciuitas per q̄ verba videtur cōcessa iurisdictio: in proposito est casus valde diuersus nam hic nō est nec ponitur in dubiū ꝙ sit cōcessa iurisdictio dicte ville de Bilbao nec sup hoc versatur .q. sed est dubiū ⁊ super hoc est lis ⁊ vertitur dubiū si cōcessa sit iurisdictio dicte ville seu ciuitatis si videtur cōcessa in termino ⁊ territorio dicte ville ⁊ sup hoc nō loqtur.d.l.et hoc videt decisum ꝙ sic per fundaméta ante allegata. Tertio q2.d.l.loqtur in regali cōcessione ⁊ inter subditos suos sed dicta cōcessio super qua est propositū fuit facta pri9 a.d. Didaco de haro ⁊ a filia sua. D. maria qui erāt dn̄i illi9 ꝓuicie de vizcaya nec in dicto termino recognoscebāt tunc tp̄is superioré nec regé castelle ⁊ per cōsequés remanet casus sub dispositiōe iuris cōis quo dispositū est vt cōcessa iurisdictione in villa videatur cōcessa in ei9 territorio sibi assignato/ité qd cōcessa ciuitate simpliciter videatur cōcessa iurisdictio ⁊ succedit illa singularis decisio Bar.in.d.l.j.ð iuris.om.iudi.ꝙ si princeps vel ali9 cōcederet alicui vniuersaliter vnū territoriū videtur illi cōcedere vniuersaliter iurisdictioné. Quāto magis in proposito vbi talia verba sunt in dictis priuilegijs apposita q̄ vidétur expressam cōcessioné iurisdictionis denotare. Quarto q2.d.l. etiā expresse disponit ꝙ etiā si in donatione ciuitatis aut ville donans nō dicat expresse qd cōcedit iusticiā sed dicat alia verba ex quibus videtur cōstare de intétione sua concedédi iusticiā puta q2 dixit qd in dicto loco nō ingrederetur merino ni sayon ni alcalde ni otro official/ aut alia verba de quib9 ibi qd videtur cōcessa iurisdictio ⁊ eā habebit donatari9. Sed in dictis priuilegijs multa verba sunt ex quib9 colligitur dicta intétio de quib9 ante dictū est. Quinto quia in alia.l.eiusdé ordinaméti incipiéti/ es nuestra voluntad/ cōtinetur qd iurisdictio ciuilis prescribitur contra regé.xl.annis:⁊ criminalis centū:⁊ ad vtrāꝙ magnam probationé habet dicta villa tā per scripturas quā per testes ⁊ etiā si tractaretur de prescribédo contra regé quanto magis in proposito vbi etiā si deficeret titul9 tractatur de prescribédo contra priuatos/vnde his cōsideratis dispositio .d.l. facit in fauorem dicte ville dato qd posset ad nr̄m casum extédi. ❡ Supradicta igitur faciunt in fauoré dicte ville de Bilbao ad fundandā intentioné suam quo ad iurisdictioné tā in dicta villa quā in termino ⁊ territorio sibi assignato. ❡ Deueniendū est nunc ad excludendū fundaméta actorū a quib9 primus iudex a quo videtur fundamentum pronūciandi assumpsisse contra villā/totū.n.principale motiuū eorū ⁊ iudicis pro eis pronūciantis est hoc/terra tota erat sua anteꝙ esset aliquid dicti dn̄i de vizcaya cui ipsi se subiecerūt ⁊ quandā parté terre ei concesserūt in seruitiū in qua ipse fecit edificare dictā vsllam ⁊ alias villas illi9 comitat9/⁊ q̄les cōcedio su iurisdicion distincta ⁊ apartada sin parar periuyzio alos hijos dalgo en sus terminos y amojonado y q̄ las otras villas del condado mas y menos antiguas no tienen iurisdicion alguna fuera delos muros/⁊ sic presupponit hec fundaméta vt potissima ⁊ principalia dictus iudex a quo: que non videntur obstare sequentib9 fundamentis: primo quia hec presupposita non sunt probata concludenter nisi ab auditu quorundā non tamé per aliquā scripturā antiquā nec per testes eo modo concludétes ⁊ deponétes qd tanꝙ factū antiquū sit probatū eo modo quo a iure sit necessariū: imo ipsi voluerunt probare qd cuidam noīe don Suria filio regis Scocie ipsi dederunt quandam partem terre in qua se substétaret nec hoc probauerunt si iste dimisisset successores aut qui essent aut si deuenit ad aliquem hec pars terre nec fecerunt articulum quo modo deuenit ad dictū Didacū Lopez de haro qui noīabatur señor de vizcaya/cū ergo reperiam9 a ducétis añis ⁊ plus ꝙ dict9 Didacus Lopez de haro noīetur dn̄s

de vizcaya ⁊ talis eſt fama qȯ eſſet dñs illius terre ⁊ ſic tractabatur vt dñs ⁊ ab eo vt a dño deuenit dicta terra ad heredes ⁊ ſucceſſores ſuos vſqꝫ ad reges caſtelle vt conſtat ex inſtr̄is ⁊ priuilegijs a dicta villa productis bene ⁊ cōcludenter ꝓbatur illū eſſe dñm illi⁹ terre.l.ꝓprietatis dominiū.C.de ꝓba.l.ſi arbiter.ff.de proba.c.quid per nouale de ver.ſigni.l.at qui natura in.§.cū me abſente.ff.de nego.ge. per que inquit Bal.in.d.l.proprietatis. qȯ per famā vt ita dixerim preſcriptā probātur dominia de quorū principijs nō ſtat memoria ꝙ ſcd̄m eſt maxīe virtutis in vniuerſalibus dominijs puta regū:comitū:⁊ in territorijs ciuitatū. Itē ex dictis priuilegijs ſucceſſiue datis a tp̄e dicti Didaci de Haro in quib⁹ ſe ipſe ⁊ ſucceſſores vocātur dñi illi⁹ terre ⁊ cōtinuo ſunt habiti eorū ſucceſſores ꝓ dñis vt cōſtat notorie a dicto tp̄e vſqꝫ nūc ⁊ percipiēdo fruct⁹ ⁊ redit⁹ tanq̄ȝ dñi cui dubiū niſi qȯ probatū eſt dñium illius terre pertinere ad dictū Didacū.l.indicia.C.de rei ven.l.cū ſuper.eo.titu.cū vulgarib⁹.⁊ Bal.ibi exēplificat notabiliter in his dominijs antiquiſſimis ⁊ Inno. in.c.veniēs de v̄bo.ſig.⁊ Bal.optime in auct.quas actiōes.C.de ſa.ſan.eccle.ſi.col. facit tex.nota.in.l.pōponi⁹.ff.qui.mo.vſu.ami. in factis.n.antiquis nulla eſt melior probatio q̄ȝ inſtrumentorū vt dicit tex.nota.⁊ ibi Bal.in.l.celſus.ff.de proba. optimus tex.in.c.cū cauſam.eo.titu.cū ergo in dictis antiquiſſimis priuilegijs dicātur ⁊ vocētur dñi illi⁹ terre dict⁹ Didac⁹ Lopez ⁊ ei⁹ ſucceſſores ſatis ꝓbatur dominiū eorū cum ſit eorum poſſeſſio cōtinuata iam ſunt anni.cc.vnde Bal.ex predictis inferebat in.l.cū aliquis.C.de iure delibe.ꝙ in ātiquiſſimis per inſtrumēta antiqua probatur ius qꝛ per illa probatur cōis opinio que habetur pro veritate ſecundū eū ⁊ dicuntur antiquiſſima que excedunt hominū memoriā: hec.n.probatio validior debet eſſe quā teſtis quidā de auditu qui parum concludunt ⁊ referunt ſe ad quaſdam chronicas dicte prouincie que nō ſunt in hoc ꝓceſſu ꝓducte/ ⁊ ſi ꝓducte eſſēt non probarent ſi non eſſent approbate ⁊ eis daretur fides ab antiquis. Bar.in.l.j.ſi cer.pe.Abb.⁊ alij in.c.cum cauſam de ꝓba. ¶ Imo intentio ſua manifeſte in hoc cōuincitur ex his que ipſi dicūt iūcto eo qȯ apparet ex notorietate facti dicūt.n.ipſi ꝙ dederūt dño curie certam partem terre in qua dictas villas edificaret ⁊c. nam ſi ſic eſſet ⁊ nō plus ipſe nō fuiſſet eorum dñs nec ipſius vaſalli nec haberet dominiū ſuper eos cuius cōtrarium eſt cū dictus Didacus Lopez de haro eſſet eorum dñs: ⁊ ſic vocabatur ⁊ ipſi ſui vaſalli: ⁊ eius dominium ſucceſſiue continuatum eſt in ſucceſſores ſuos vſqꝫ ad hec tempora quibus reges caſtelle ſunt dñi ⁊ ſucceſſores.

¶ Scd̄o qꝛ dictus Didac⁹ Lopez de haro tempore quo cōceſſit dictum priuilegium dicte ville dicit ꝙ illud cōcedit/cō plazer de todos los vizcaynos/⁊ ſic videtur ꝙ ipſi conſenſerūt in dicta cōceſſione ⁊ dicta verba cū antiquiſſima poſſeſſione magnam inducunt probationē qȯ ſic eſſet verū vt ipſe teſtatur cū eſſet homo magne auctoritatis.c.j.de loca.xcvij.diſt.nobiliſſimus.C.de ſumma tri.⁊ fi.ca.l. liqueat in fine maxime cum eſſet dñs nō recognoſcēs ſuperiorē in dicta terra ar.c.litteris.de proba.in clemē.vnde Bal.elegāter in.c.cū nobis de teſti.inquit ꝙ dicta clemētina lr̄is.loquatur in papa habet locū in rege nō recognoſcēte ſuperiorē in regno/idē in prefecto pretorio.l.j.§.bis idē de offi.pre.pre.ff.⁊ idē vult Bar.in extrauagāti ad reprimēdum in v̄ſi.in figura iudicij in fi.qȯ dicta clemē.habet locum in imperatore.

¶ Tertio qꝛ certū eſt qȯ rex in oībus locis ſui regni habet fundatā intentionē ſuam quo ad iuriſdictionē cū iuriſdictiones ſint ex his q̄ numerātur inter regalia.c.j.que ſint rega.in vſi.feu.⁊ ſic diſponūt leges regni ⁊ ſic videtur qȯ cū dictus Didacus de haro eſſet dñs illius terre non recognoſcens ſuperiorē in ea habeat pro ſe fundatam

intentionem suam quo ad iurisdictionem in dicta terra/nam isti domini qui in terris suis non recognoscunt superiorem censentur quodammodo principes in terra sua vt vult Bar.in.l.relegati.ff.de penis. dicens quod ciuitates Italie non recognoscentes superiorem sunt sibijpsis principes.idē tenet in.l. hostes de capti.ꝛ post. reuer.et in.l.ij.de iure fis.ꝛ alijs locis/ꝛ Bal.in.l.receptitia de consti.pe. inquit qḋ comes in suo comitatu assimulatur principi.

¶ Quarto quia ipsi fatentur qḋ transtulerunt in dominū curiam certā partē terre in qua construeret ꝛ edificaret dictā villā siue alias quas edificauit ꝛ sic ei concesserunt vniuersaliter territoriū ꝛ terminos vniuersaliter per quod visi sunt concessisse iurisdictionem vt Bar.inquit in.d.l.j.ff.de iu.om.iudi.ꝛ concludunt alia fundamēta de quibus ante dum probaui quod concessa ciuitate videtur cōcessa iurisdictio in ea ꝛ eius territorio/ꝛ est bonum argumentum in.l.ij.§.nouissime ꝛ.§.deinde.ff. de ori.iuris ꝛ in.§.sed quod principi insti.de iusti.ꝛ iu.ibi popul⁹ ei ꝛ in eum oēm potestatem transtulit/constat etiam hoc nam si non fuisset iurisdictio dicti Didaci Lopez de haro non potuisset concedere dicte ville iurisdictionē tamen cōcessit nec ipsi super hoc nullā mouerunt litē sicaut est fatendū esse suā aut eam sibi trāstulisse.

¶ Infertur ex predictis quod cum dictus Didacus de haro fuisset dominus dicte terre ꝛ sic presumatur ex tam antiqua possessione continuata et non recognoscens superiorem in dicta terra habet fundatam intentionem quo ad iuridictionem melius quā partes aduerse que fundantur in quibusdam fabulis.

¶ Infertur etiam quod ipse concessit iurisdictionē dicte ville quo ad eius vicinos etiam intra terminos ꝛ territorium sibi ab eodē signatum sine vlla distinctione qua iurisdictione vsa est dicta villa a tempore immemoriali.

¶ Item ad hoc coadiuuandū est nunc probatum ꝙ alie ville eiusdem terre a dicto domino edificate habent etiam iurisdictionem intra terminos suos/ex quibus conuincuntur de mendacio presupposita que fecit primus iudex a quo ad fundandam suam sententiam. ¶ His sic presuppositis circa prescriptionem contra dictam villā de Bilbao non oportet insistere nam de titulo dicte ville ad dictam iurisdictionem ante dictum est. Constat etiam de possessione dicte iurisdictionis a tempore immemoriali continuando semper suam possessionē per exercitiū iurisdictionis in actibus iurisdictionem concernentibus vt late est probatum per testes ꝛ instrumenta.

¶ Hoc presupposito sequitur quod partes aduerse non potuerunt prescribere contra dictam villam dictam iurisdictionem. Primo quia cum hoc sit ius incorporale requirebatur scientia ꝛ pacientia ville.l.j.ꝛ.ij.C.de serui.ꝛ aqua. sed paciētia dicte ville cessat cum ipsa semper sit vsa iurisdictione imo constat de impacientia per cōtradictionem ꝛ prohibitionem dicte ville vt testes dicunt quando ad notitiā ville deueniebat. ¶ Unde cū dicta villa semper possedit cōtinuando semper possessionē non potuit cōtra eā procedere prescriptio per actus factos aliquādo ab aduersis partib⁹ cum sine possessione non potest procedere prescriptio.l. sine possessione de vsucapio. c.sine possessione de regu.in.li.vj.imo sola naturalis non sufficit ad prescribendum secundum glo.in.c.causam de prescrip.nam contra ciuiliter possidentē non prescribitur.l.male agitur.C.de pres.xxx.anno.de quo Bar.singulariter in.l.iij.§. ex contrario.ff.de acqui.posse.quanto magis quia dicta villa semper possedit ciuiliter ꝛ naturaliter continuando semper suam possessionē quā potuit continuare etiam per violentiā eam defendēdo ꝛ partes aduersas prohibēdo interrumpendo quācunꝙ prescriptionem.l.naturaliter de vsucapio. ¶ Imo dico ꝛ hoc est valde notandū quod

dicta villa de Bilbao exercendo iurisdictioné in vno actu retinuit ⁊ cõseruauit in/tegram iurisdictioné nam licet ad acquirendũ iurisdictioné si aliquis vtatur iurisdictione in vno actu in illo solo actu ⁊ non plus prescribit tamen si ei pertinet iurisdictio quo ad illam retinendã ⁊ non perdendã si in vno actu vtatur iurisdictione retinet iurisdictioné in omnibus integrã/sic eleganter decidit Bar.in.l.ij.§.hoc interdicto.ff.de iti.actuq́ priua.⁊ ex his ⁊ alijs vulgarib⁹ videtur repulsa pscriptio imo magis videtur dictã villã prescripsisse contra parté aduersam dato q́ haberet fundatam intẽtioné de iure in dicta iurisdictione cũ a tẽpore immemoriali possederit dictam iurisdictioné habens tam iustã credulitaté ex dictis priuilegijs qđ videtur limitare Inno.in.c.dilectus.de cape.mona.nisi alius possederit vide eum ad litterã conclusionem Bar.tenet Pau.de Cast.in.l.imperiũ de iuris.om.iudi.quia semper presumitur pro eo qui probat antiquioré possessioné.c.cũ ecclesia.de cau.po.⁊ pro. ⁊ probando antiquiorem possessionem/alia possessio secunda presumitur clandestina respectu antiquioris cum duo insolidum possidere non possunt.l.iij.§.cõtrario de acqui pos.facit.c.licet causam.de probatio.⁊ quando vterq́ probat equalem possessionem prefertur qui habet iustum titulum vt in interdicto vti possidetis/dicitur vt in.d.c.licet causam.tenẽt omnes in.l.j.C.vti posside.facit.l.fi.C.de edi.di.adria.tollen.ista sunt que in fauorem ville de Bilbao facere videntur ea subijciendo semper determinationi ⁊ correctioni melius de iure sentientis. Roderic⁹.

¶ Allegatio septima.

Habito pro cõstanti quod locus d̃ Herrera semper fuit dela merindad de Palẽçuela ⁊ eius iurisdictioni subiecta ⁊ Almirãdus eam diuisit ⁊ separauit ⁊ fecit donationem iurisdictionis dño Sancio si hoc potuit facere in preiudiciũ dicte ville de.P.

¶ Ad partem negatiuam quod non possit facit Primo generale principiũ habẽs alicui non posse auferri ius suum etiam a principe sine causa maxime acquisitum de iure gentium vel naturali vulgaria sunt principia.

¶ Secundo vrget elegans conclusio Bal.in.l.j.ff.de consti.princi.vbi equiparans iurisdictionem perpetuam ⁊ propriam dominio infert quod sicut princeps nõ debet alicui auferre dominium sine causa ita nec propriam iurisdictionem licet commissam vel precariam sic.l.iudiciũ soluitur.ff.de iud.mouetur ex tex.singulari in.l.qui furere.ff.de sta.homi.ibi ⁊ magistratũ ⁊ potestatem retinet sicut ⁊ dominium rei sue que lex secundũ Bar.ibi post Guill.de Cu.probat q́ dominium ⁊ iurisdictio equiparantur. ¶ Ad propositũ si iurisdictio propria non debet auferri sine causa sicut dominiũ dato quod princeps concessisset locum de Palençuela antecessoribus Almirandi cum iurisdictione:territorio:⁊ pertinentijs ⁊c.tamen iurisdictionem propriam quam dicta villa habebat super dicto loco de Herrera nõ abstulit sibi ⁊ per consequens non transiuit in dominium legatarij si ergo non abstulit a villa nec concessit donatario dicte ville vnde non potuit ipse donare nec auferre a dicta villa qđ suũ propriũ erat ⁊ non dñi. ¶ Tertio ꝓbatur in.c.j.de capi.qui curi.vẽ.vbi est casus qđ si aliquis capitaneus in curia sua vendidit beneficiũ militibus ⁊ postea vendidisset curiam non habita mentione de beneficio in ea existente dato militib⁹ dicit

tex. q beneficiũ non continetur in venditione ⁊ per illũ tex. dicit Bal. ibi in .j. colun. quod vendita curia ipsum ius vasallorũ non videtur venditũ. Preterea Bal. post Jaco. Bu. mouet. q. in. d. c. j. in. ij. col. vsi. ⁊ est sciendũ. queri tenim non reuocando in dubium potestaté condentis si alicui concessa est ciuitas vtrum videntur cõcessa molendina ⁊ alia bona propria ipsius ciuitatis ⁊ multis hinc inde allegatis conclu dit q si talia bona sunt in dominio concedentis sicut ipsa ciuitas bene transeũt secus si ad ipsam ciuitaté pertinebant iure priuato vt probat glo. in. l. inter publica. ff. de verbo. signi. ergo si presupponimus iurisdictioné dicti loci de M. esse propriam dicte ville de. P. ⁊ ad eam pertinere perinde videtur qd concessa seu alienata dicta villa de pa. antecessori Almirandi non fuit in eum translata dicta iurisdictio tanquã propria dicte ville. Ad hoc faciunt plura fundamenta ibi adducta per Bal. ad probandum hanc conclusioné / ⁊ hec conclusio tendit ad inualidandã donationé ⁊ propri⁹ ad illam non presumendã ex defectu voluntatis cõcedentis facit tex. in. c. pastoralis de do. vbi donatio non censetur facta nisi iuris quod quis habet in re. ergo in re. ergo in donatione seu alienatione facta per regé ville de pa. non videtur donata nec cõcessa iurisdictio propria ad ipsam villã pertinens in dicto loco de. M. Preterea concessio principis semper debet intelligi ⁊ interpretari sine preiudicio alterius: ergo etiam si princeps donauit villã intelligi debet sine preiudicio suo ita q non videãtur sibi auferri illa que sibi pertinét ergo cũ sibi pertinebat iurisdictio dicti loci de. M. non videtur sibi ablata nec alteri cõcessa. l. j. §. si quis a principe. ff. ne quid in lo. publi. ⁊ nunquã princeps presumitur velle preiudicare iuri tertij de quo non facit mentionem. c. super eo de officio delega. ⁊ ibi Abb. dicit esse casum notabilem ad illam conclusionem Inno. in. c. cum dilectus. de donatio. qd vbi priuilegium preiudicat iuri tertij debet stricte intelligi ⁊ interpretari. ¶ Ex supradictis videntur inferri duo. Primo quod si princeps concedit comiti villam non videtur ei concedere nec trãseunt in dominiũ suum bona propria ipsius ciuitatis nec iurisdictio sua propria ⁊ sic ex defectu voluntatis concedentis comes non habet dominium in dicta iurisdictione si non habet ergo non potest donare nec a dicta villa auferre.

¶ Secundum infertur ad inualiditatem ex defectu potestatis concedentis cum eo modo quo princeps non potest alicui auferre dominium ita nec iurisdictionem propriam / si ergo iurisdictio erat propria dicte ville non potuit eam auferre ergo nõ fuit translata in dominium donatarij vt dixit eleganter Bal. in. d. l. j. idem Bal. in. d. c. j. de capi. qui. curi. ven. in. iij. colun. in decisionem questionis loquédo specifice in iurisdictione dicit quod videtur concessa ⁊ translata in marchionem illa iurisdictio que erat sub potestate concedentis. ¶ Sed cum in casu nostro saltem prima iurisdictio dicti loci de. M. residebat apud villam de pa. illa non videtur sibi ablata licet transiret in potestatem alterius domini / item quia priuilegium alicui cõcessum etiã si habeat clausulas generales nõ intelligitur per hoc derogatum iuri reipublice. l. iubemus nullam ⁊ ibi per Bal. C. de sacro san. eccle. cum alijs vulgaribus.

¶ Ad partem contrariam. s. quod Almirandus potuit dictam iurisdictionem concedere ⁊ donare in preiudicium dicte ville de pa. faciunt sequentia. ¶ Primo quia omnes iurisdictiones regulariter pertinent ad regem in regno suo nam hec sunt regalia. casus est in. c. j. que sunt rega. nam omnis iurisdictio ⁊ destrict⁹ apud principem est ⁊ omnes iudices a principe administrationé accipere debent vt ibi Doc. facit tex. in auct. de defen. ciuita. per totũ ⁊ sic cum oés iurisdictiones sint regis dicit Bal. in. d. c. j. non posse vendi de iure romano ⁊ lege regia populus transtulit hanc

potestatem creandi iudices in principem.l.j.§. his cunabulis.ff. de offi. pre.C. de vete.iu.enu.l.j.ꝛ princeps est iudex iudicũ in aucten.constitutio que de di .§.j.l.fi. C.de legi.l.ij.ff.de adoptio.vulgata sunt hec. ¶ Si ergo omnes iurisdictiones sunt sub potestate regis princeps qui concessit villam de Palençuela cum omnimoda iurisdictione ꝛ territorio ꝛ pertinentijs ꝛc. bene potuit concedere iurisdictionem quã habebat palençuela in quécunq; locum ꝛ sic vtramq; transtulit in dominiũ Almirandi donatarij ꝛ Bal.eleganter in.l.qui se patris in.jx.colun.C.vnde liberi.in illa questione vtrum princeps posset reuocare priuilegium suum vel ab antecessoribus concessum concludit quod nõ si concessisset propter pecuniam vel seruitium. Sed fallit secundum eum in concessione seu priuilegio alicuius iurisdictionis alicui cõcesse nam cum in tali iurisdictionis concessione auctoritas principis intelligatur reseruari ꝛ nisi eius auctoritate non potest exerceri cum in eo resideat suprema potestas inseparabilis ergo potest reuocare.vnde infert quod potest iurisdictiones aliorum supprimere ꝛ non solum singularium personarum sed etiam ciuitatum ergo iurisdictionem pertinenté ad dictam villam de Palençuela in dicto loco de Herrera potuit rex auferre sibi ꝛ transferre in eum cui donauit dictum locum de palençuela ergo si fuit donatarij potuit nunc dictus Almirandus donatarius eam donare.

¶ Preterea quando villa de palençuela erat regalis corone licet locus de Herrera esset subditus iurisdictioni dicte ville tanquam capiti de merindad attamen iurisdictio ꝛ magistratus ꝛ alij officiales erant regis ꝛ sic presumitur a iure cum omnis iurisdictio ꝛ potestas exercendi ꝛ creandi iudices residet in rege vt tex.dicit vbi supra ꝛ translata fuit hec potestas a populo in regem ꝛ sic licet incole siue vicini dicti loci de Herrera fuissent ad iudicium in dictam villam de palençuela adhuc non stabat nec residebat iurisdictio apud dictam villam sed apud regem ꝛ eius magistratꝰ ꝛ officiales nam iurisdictio in loco seu territorio est materialiter ꝛ passiue. Sed formaliter ꝛ actiue est in magistratu quia sicut merum imperium est in furca per modũ signi ita est in loco iurisdictio. Item suppositiue sicut dominium ꝛ seruitus est in predio vel potest dici esse in loco.i.inherere loco sed in personam iudicantis est exercitiue nam iurisdictio in persona iudicantis est sub predicamentis agere sed in loco seu territorio est sub predicamento vbi vel situs vt inquit Bal.in.l.j. in.§. in initio. in.ij.colun.ff.de officio prefe.vr.ꝛ sic princeps suam iurisdictionem cõcedere potuit ꝛ donare/cum ergo alienauit dictam villam de palençuela ꝛ etiam eius iurisdictionem per consequés potuit alienare iurisdictionem quam dicta villa habebat super aliquo loco cum principaliter residebat sub eius potestate scilicet regis.

¶ Preterea dato etiã qđ iurisdictio dicti loci de.H.pertineret ad dictã villam de pa.potuit Rex eam sibi auferre/ꝛ in dominium alterius transferre cum potuit candem villam alienare vt fecit/ergo illa que ad villam pertinebant maxime iurisdictionem nam princeps potest alienare ꝛ donare id quod est alicuius ville seu reipublice vt est casus ꝛ ibi Bal.in.l.sacra in.§.sciendum.ff.de re.diui.Itẽ quod platea seu quelibet alia res reipublice posset per principem alienari:donari:seu concedi alicui militi seu alij cuicunq;.est tex.nota.ꝛ ibi Bar.in.l.j.ff.ne quid in loco publi.post prin. ꝛ in.l.prohibere in.§.plane.ꝛ ibi notanter Bar.ff.quod vi aut clam.ꝛ de via publica.l.viam publicã.l.continuꝰ.in.§.cum quis.ff.de verbo.obliga.l.Celsus.in prin. ff.de contra.emp.probatur in.c.abbate sane.de re iudi.li.vj.licet sit casus aliqualiter diuersus. ¶ Hec ꝛ alia ad propositũ adduci possent ad fundandã potestaté cõcedentis.s.quod quemadmodum Rex potuit concedere dicto militi villam de Palen-

çuela vt fecit sic eodem modo potuit in eum transferre iurisdictioné ad dictã villam pertinentem in dicto loco de herrera. ¶ Sed subest difficultas maior que est volũtatis.s.si eo tempore quo Rex donauit dictam villam de pa.si per consequens transiuit in dominium dicti donatarij iurisdictio dicte ville coherés in dicto loco de herrera iuuaret nimis in decidendo instrumentum donationis seu mercedis dicte ville facte antecessori dicti Almirandi. Sed considerato qđ erat in forma communi.s. quod donat rex illam cum vasallis:terminis:iurisdictione:iuribus:ꝛ pertinétijs ꝛc. videtur dicendum quod sic ꝛ ad hanc opinionem iuuabunt sequentia/ primo facit tex.singularis in.l.j.in.§.cum vrbem.ff.de officio pre.vr. vbi est casus quod si princeps vrbem fidei alicui⁹ cõmittat videtur eidé cõmittere quicquid intra vrbem est ꝛ etiam id qđ intra centesimum milliarium extra vrbem admissum sit vnde est ibi casus secundum Bar. quod si alicui princeps committat vrbé videtur cõmittere comitatum vrbi coherentem/vnde infert Bar. ibi in .ij. colun. satis ad propositũ quod si princeps concedat alicui castrum videtur eidem concedere iurisdictionem castro adherentem qđ satis infert in proposito ꝛ fuit ante dictum Guill. de Cu. infert etiã qđ si legatur granũ qđ est perusij sub isto legato venit granũ qđ est in comitatu tanꝗ quid accessoriũ ꝛ castro coherés/ꝛ Bar.in.d.§.in initio.d.l.pe.de offi.pre.vr. dicit ibi esse casum qđ cõmissa alicui iurisdictione ciuitatis includitur comitat⁹.i.propriũ illius ciuitatis territoriũ secundũ eum ꝛ ibi etiã in.ij. colũ. dicit qđ licet ille tex. loquatur in simplici cõmissione que ampliatur fauore publice vtilitatis tamen idem erit in donatione per regé alicui facta in qua non cõsistit vtilitas propria vt si donet alicui castrũ videtur eidem donare territoriũ castri quia cum sit concessa in castro ergo in territorio tanꝗ coherens castro vnde tanquã quid accessoriũ sequitur principale ar.l.si aque ductus de contra.emp.idé Bal.in.l. beneficiũ .ff. de consti. prin. ij.colun.dicens quod si princeps donat mihi ciuitatem videtur mihi donare comitatum ꝛ destrictũ ꝛ omnes pertinentias dicte ciuitatis ꝛ tam in terra quã in mari/ ergo donata palençuela videtur etiam donatum quicquid ei erat coherens/ sed cum iurisdictio dicti loci de Herrera erat coherens dicte ville per cõsequens trãslata fuit in donatarium. Optimus tex.in.l.si quando.C.de bo.va.li.x. ꝛ Bar. ibi infert ex eo quod si aliqua res conceditur alicui per principem integro statu videtur ei concedere cum pertinentijs omnibus ꝛ cum omni iure ad dictam rem pertinente/ idem Bal.in.l.cum multa.C.de bonisꝗ libe. ꝛ Bar. in.l. vrbis appellatione de verbo.signi. Moderni in.c.Rodulph⁹ de rescrip. ¶ Optime seruiũt pulchra vba Inno. in c.cum ad sedem.paulo post principium de resti.spolia.postillans partem in pertinentijs dicit quod pertinentiarum nomine illa tantum intelliguntur que statuto vel consuetudine vel lege deputata sunt vt accedant post multa exempla subdit hec verba castro autem nihil corporale nouimus deputatum a iure quod sit eius pertinens sed tamen ab hominibus ꝛ eorum statutis consueuit ꝛ castro certum territorium assignari quod sibi in iurisdictione ꝛ datijs debeat responderi. verba sunt que habent pondus in proposito. ¶ Ergo si princeps donasset militi castrum seu villã cum pertinentijs videtur nomine pertinentiarum comprehendi id quod erat subiectuȝ dicte ville ratiõe iurisdictionis / ergo cũ dicta villa de pa. fuit a rege donata cum iuribus ꝛ pertinentijs videtur etiam in dominiũ donatarij trãslata iurisdictio dicte ville competens super loco de Herrera tanquam pertinentia dicte ville ¶ Preterea Bal. recte considerat⁹ in.d.c.j.de capita.qui cu.vé.fundat hãc parté in quantũ in.ij.colun.videtur cõcludere qđ si imperator cõcedit mihi castrũ cũ pertinentijs suis

⁊ iuribus etiam videtur concedere molendina dicti castri tãquam accessoria castro quod satis probat ibi glo. nota. idem dicit in .iij. col. quod sub tali concessione iurisdictiones que pertinebant ad ipsum concedentem videtur esse translate/ idem dicit in molendinis si erant in dominio concedentis sicut ipsa ciuitas. Sed quia iurisdictio dicti loci de. M. dato quod esset de dicta villa erat sub potestate regis ergo ⁊c. Et sic predicta concludunt potestatem in rege ⁊ voluntatem.

¶ Habito igitur pro vero quod locus de. M. esset iurisdictionis de pa. si rex potuit alienare villam de pa. et omne sibi pertinens quod fecit ⁊ fuit visus facere remanet quod ille cui fuit donata pa. fuit factus dominus eius ⁊ totius iuris sibi pertinentis per consequens dicte iurisdictionis. Si ergo fuit eius dominus per cõsequẽs Almirandus qui cum esset dominus dicte iurisdictionis potuit illam diuidere et separare a dicta villa de pa. et donare illam tanquam suam ⁊ eius dominij sicut rex dominus dicte ville illã poterat dare vel alienare ⁊ diuidere a dicta villa nam princeps potest diuidere ⁊ separare prouintias ⁊ iurisdictiones vt est tex. in .l. si eadem de offi. asse. sicut diuiditur ex causa vnus episcopatꝰ in duos vna perrochia in duas ⁊ idem in vna prebenda. c. ad audientiam de eccle. edifi. de preben. vacante/ cum ergo rex potuit diuidere dictam iurisdictionem ⁊ illam separare a villa de palençuela apparet quod idem potuit facere ille cui fuit facta donatio dicte ville de pa. cum omne ius fuit translatum in eius dominium/ ad quod facit pulchra doctrina Joã. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de cẽsi. in addi. magna. incipiẽti per hanc. l. ⁊ per. l. j. quasi ad finem in versi. extat alia questio de castro. vbi concludit quod si aliquis locus vel villa subiecta alicui ciuitati que villa habet territorium certum infra quod quidam nobiles possessiones latas habentes fecerunt quamplures domos que per colonos ipsorum habitabantur. ⁊ est facta parua villa ciuitas imponit dicte ville certa paria bouum vel certum numerum personarum ad certas operas faciendas de his imponunt ille de villa partem illi villule. illi dicunt quod nolunt cum illis communionem habere sed esse volunt sub ciuitate dicit iudicatum contra villulam. ex quo constat quod in ipsius castri vel ville territorio facta est nec expedit aliud probare quam territorium. subdit ⁊ in hoc facit quod si ciuitas vel dominꝰ castri vel ville propter loci distantiam vel hominum excrescentiam vellet illam nouam villam cum suo territorio facere hoc posset ⁊ tunc secunda esset exẽpta a prima sicut de prouintia diuisa dicitur de offi. asse. l. si eadem. ecce igitur ꝙ dominus alicuiꝰ ciuitatis vel ville potest locum vel villam ciuitati vel ville subiectam diuidere ⁊ eximere a subiectione ⁊ dominio suo. Idem Bar. in dicta. l. prohibere in. §. plane. ff. quod vi aut clã. vbi satis ad propositum dicit quod princeps potest concedere seu alienare bona que sunt alicuius reipublice ⁊ idem potest ille cui princeps concesserit ⁊ est ibi casus expressus ibi sed et si a principe vel ab eo cui princeps hoc ius concedendi dederit vbi casus quod sicut princeps potest alienare illud quod erat alicuius reipublice idem potest ille cui a principe hoc concessum est. Sed cum rex donat alicui comiti villã cum pertinentijs concedit vt possit facere libere de eo quod voluerit vt de propria re poterit alienare illud qõ ad dictã villã pertinebat sicut rex posset. Rodericus.

Ex duobus fundari videtur ius ecclesie Carthaginensis circa loca sibi donata a rege Sancio .s. oria cantoria: maxacar: et alia in dicta donatione contenta.

¶ Primo ex dicto priuilegio et donatione facta dicte ecclesie .s. episcopo et capitulo in augmentum episcopatus de dictis locis que eidē donauit et concessit dictus rex Sancius vt illa haberent quando ab infidelibus caperentur et sic redirent in dominium christianorū vt hoc latius in dicto priuilegio continetur concessu era millesima trecentesima trigesima/dicta enim donatio fuit valida dato quod illa loca tunc temporis essent ab infidelibus occupata. Inno. quartus hoc declarat in .c. abbate sane de re iudi. lib. vj. vbi singulariter littera ad propositum donatio valida existebat quamuis illa sub Sarracenorum tunc existerent potestate quia sub conditione fuere donata videlicet si ad manus fidelium deuenirent et salubre erat tempus expectare quo illa christianorum dominio subderētur et loquitur papa ibi de quodam loco de rosellis qui fuit donatus a rege Aragonie hospitali sancti Joānis eadem forma que continetur in dicto priuilegio regis Sancij: hec eadem fuit Pomponij sententia in .l. fi. ff. de actio. emp. et ven. ibi in hostium potestate/sic etiam potest legari illud quod est apud hostes propter spem recuperationis .l. id quod de lega. .j. l. ab omnibus in .§. etiam eo. titulo.

¶ Uerum est quod hec iura ciuilia loquuntur vbicunque illud quod est apud hostes et infideles aliquando fuit nostrum et sic ratione spei postliminij valeret eorum donatio seu promissio. Sed vbi nostra nunquam fuissent sed semper in hostium potestate non valeret illorū donatio seu promissio/casus est in .l. liber homo. ff. de ver. obliga. que iura sic concordantur ab Accur. in .d. l. fina. et in .l. liber homo. ¶ Inde est quod papa qui concessit regnum Iherusalem regi Carolo et suis successoribus hoc licite potuit cum illud regnum iam fuit nostrum licet modo ab hostibus sit occupatum vt firmat Bar. in .l. liber homo. ¶ Infert etiam quod papa et imperator possunt concedere regibus nostris regna que tenentur per sarracenos que iam fuerunt nostra secundū eum in .l. fi. hec etiam approbat idem Bar. in .d. l. id quod. quē ceteri sequuntur. ¶ Ex his sumunt argumentum Bal. et Ange. in .d. l. id quod. quod papa possit constituere episcopatum in terris sarracenorum que aliquando fuerunt nostra alias secus. ¶ Ad propositum dico antedictam distinctionem obtinere vbi simpliciter fuisset donatus aut promissus locus qui esset apud infideles. Sed vbi esset donatus sub hac conditione .s. si quando ad manus fidelium deuenisset vt fuit in proposito indistincte valet talis donatio non facta dicta distinctione an aliquando fuissent christianorum vel ne/iste est casus singularis in .d. c. abbate sane. per quē singulariter limitantur dicta iura liber homo/secūdum Bar. in .d. l. id quod. et in .d. l. liber homo. ¶ Uerum est quod tex. in .d. c. abbate sane. non aperit quod locus ille de rosellis semper fuisset hostium nec aliquando fidelium vt Ange. pungit in .d. l. liber homo. imo patet secundum eum ex prohemio auctenticorum illum locum subesse imperio tempore Justiniani nihilominus ipse et omnes alij tenent dictam limitationem et illam sequuntur omnes Moderni et antiqui in .d. c. abbate sane. et ibi Inno. pro qua est casus singularis cui non potest dari congrua responsio in .l. generа. §. hostium. ff. de fidei. liber. ibi sed si in casu relinquatur cum noster esse incepit quid prohibetur cuius tex. dicit Angn. non fuisse Bar. recordatum ad dictam limitationem substinendam. ¶ Et intantum valuit dicta donatio quod etiā si dicta lo-

ca postea ab alio rege successore regni fuissent a Sarracenis capta ⁊ recuperata vt
factum fuit/talis rex successor fuit obligatus stare donationi facte de eis a dicto re-
ge Sancio cum intuitu ⁊ nomine dignitatis regalis ille acquisiuit. casus est nota.
in.d.c.abbate sane in.§. sed ad hoc ibi tã supradicti aui donatio ꝙ locorũ acq̃sitio
premissor fuerint noĩe regni facti memorat⁹ rex donationẽ seruare huiusmodi tene-
batur vbi ꝓbatur qđ donatio facta per regẽ sub noĩe dignitatis trãsit ad successorẽ.
¶ Et in dubio acquisita per regem in iusto bello videntur esse acquisita intuitu di-
gnitatis ⁊ non persone secundum Domi.ibi dicens esse bene notandũ/ accedit opti
mus tex.in.c.j.de probatio.quem ad hoc omnes Canoniste extollunt quod rex suc
cedens in regno tenetur stare contractui facto a rege predecessore/ibi enim est casus
quod fuerunt pacta quedam inita inter Justinianum ⁊ quosdam successores regis
Tancredi ad que ibi papa obseruanda obligatos esse Justiniani successores decla
rat cum ⁊ si soluti sint legibus tamen illis viuere volunt: fatetur ipse imperator in.l.
digna vox.C.de legi.⁊ ibi legiste antiqui ⁊ Moderni dictam conclusionẽ affirmant
alia pulchra iura ⁊ auctoritates ad hoc adduci possent que vt nota omittuntur.
¶ Superuenit Bal. doctor Perusinus qui in loco remotissimo disputans ⁊ satis
exquisite tractans verum intellectũ illius.c.abbate sane. tam de veritate quã de iudi
cio/inquit quod in querendo de veritate ad quem pertinebat locus ille de rosellis.s.
an ad hospitalarios sancti Joannis ex prima donatione regia eis facta sub illa con
ditione.s.cum in potestate fidelium deuenisset/an ad abbatem ⁊ monasteriũ de be-
nefac.ex secunda donatione facta a nepote dicti regis qui successit in regno ⁊ dictũ
locum a manibus infidelium recuperauit ⁊ illud concessit monasterio Populeti a
quo titulo donationis monasterium de benefac habuit dictum locum/concludit ꝙ
dictus locus de rosellis non pertinebat ad hospitalarios sed potius ad abbatem et
conuentum de benefac/fundat veritatem huius intellectus ex hoc quia cum ille lo
cus de rosellis fuit donatus abbati a dicto rege successore qui a manibus infidelium
illum recuperauit qui fuit dominus in possessione de presenti existit validior dona
tio sua quam facta a suo predecessore qui nõ erat dominus nec possessor. Item quia
titulus abbatis fuit verus effectualiter/titulus hospitaliorum non quia euanuit cũ
de loco illo nullam conquestã fecerit sicut cum quis videtur ius suum donatũ refer-
re ad ipsum ⁊ nõ ad aliũ.l.vxor patrui.C.de leg.ita in iure quod habebit quia condi
tio tacite intelligitur si habebit ipse ⁊ non alius.ff. de leg.j.l.stichum qui meus erit
hec ipse Bal.latius insistens in.l.j.vj.colũ.in versi.ad pleniorem autem intelligentiã
C.si plures vna sententia. ¶ Nec obstat secundum eum quod dicta conditio posi-
ta a primo rege.s. si ad manus fidelium deuenerit satis dicitur extitisse ex hoc quod
rex eius successor acquisiuit nõ vt persona singularis sed vt regia magestas q̃r respõ-
det eleganter ad multa illud esse falsum in nouiter acquisitis a rege successore: alias
sequeretur quod sicut non potest donare regnum vel partem regni cum debeat illud
seruare successoribus sicut recepit a predecessoribus imo a republica ⁊ totius regni
vniuersitate.l.ij.§.nouissime de origi.iuris/ ita non posset donare nouam conque-
stam nec etiam eam dirigere in aliquem titulum puta comitatus vel ducatus quod
reputat falsum per.d.c.abbate sane. ¶ Itaq̃ intellect⁹ iste verificatus ⁊ cõsiderat⁹
sub dictis fundamentis tendit in preiudicium ecclesie Carthaginẽsis considerata
donatione postea facta de dictis locis postq̃ fuerunt recuperata ab infidelibus per
inuictissimos reges Ferdinandum ⁊ ysabellam immortalis memorie. ¶ Sed con
tra hãc obiectionẽ faciunt in fauorẽ ecclesie sequẽtia. ¶ Primũ q̃r in hac scđa conces-

sione seu donatione nõ fuit facta mentio aliqua de dicta prima donatione facta a.d. rege Sancio qđ in priuilegijs est necessariũ vt disponit papa/ nota.in.c. veniens de prescrip. satis ad propositum ibi quod priuilegium suorum priuilegiorũ non extitit derogatum cum de ipsis nullam fecerit mentionem.nota.tex.in.l.de curionibus.C. de silen.li.xij.qui ad hoc per Scribentes semper põderatur:censetur enim princeps circunuentus in secundo priuilegio quando non facit mentionem de alio a se aut ab antecessoribus cõcesso ⁊ per consequens in eo cessare videtur voluntas illud reuocandi vt eleganter papa inquit in.c.cum olim.de re iudi.ibi sicut credimus circunuentus quẽ tex.Scribẽtes varijs in locis semper notauerunt ad multa ⁊ inter alios prestitit magnã opem in consulendo Ludo.Roma.in consilio.ccxcviij.incipit circa premissam dubij consultationem.vbi consuluit potissime ex illis verbis quod si princeps donasset alicui aliquam rem quam idem princeps vel alius successor alteri concessisset simpliciter quod in hac secunda concessione tendẽte in reuocationem prime princeps seu eius successor censetur circunuetus nec censetur prima reuocata adeo quod iste primus donatarius si ageret rei vendicationẽ cõtra secundũ deberet obtinere nec ille secundus posset se tueri beneficio.l. bene a zenone.de quadrie. pres. ad illum excludendum cum primus pretendat titulum ab eodem rege vel eius antecessore dicit hoc esse expressum in.d.c.cum olim. Item quia quando in secundo priuilegio non fit mentio de alio alteri concesso iam est manifesta surreptio que viciat in priuilegijs principũ nota.tex.in.l.j.de nata.resti.⁊ in.c.ex multiplici. de decimis. et in.c.j.de filijs presby.in.vj.⁊ in.l. si non cognitio.C.si cõtra ius vel vti.pu.Bal.in.l. prescriptione eo.titu.iij. colun.in ꝟsi.ego dico/magistraliter Abb. in.c.j.de rescrip. notant hanc regulam quod subscriptio viciat principum priuilegia sicut alia/ optimus tex.in.c.quod super his.ꝟsi.vnde si tales/de fide instru.

¶ Secundũ est qđ facit in fauorẽ ecclesie quia nomine dignitatis hec bona recuperauerunt reges ⁊ nomine dignitatis donauit rex Sancius ⁊ videtur successor stare prime donationi.c.abbate sane. ibi sed ad hos pars aduersa vbi donatio facta sub nomine dignitatis transit ad successorem sentit ibi Domini.licet Bal.quodam modo sentiat contrarium in.d.l.j.⁊ Pe.de Ancha.expresse ibi dicit quod in dicto.c. non fuit decisum an titulus allegatus pro parte reorũ esset efficax vel an ex eo fuerũt absoluti quia actor non probauit intentionem suam quo casu absoluitur reus.l. res alienas.C.de rei ven.licet Bal.decidat cum papa non deciderit secundũ Petrũ.

¶ Item hoc tenet ibi Pe.de Ancha.expresse dicens col.iiij.xiiij.nota.quod in casu illius.c.successor non potuisset reuocare donationem regis aut sui factam hospitalarijs de loco rosellis nisi regnum enormiter lederetur.idem Joan. And. ibi remittens se ad Specu.in titu.de instru.edictio.§.nũc autem in fine qui dicit quod si rex fundasset de bonis regni multas ecclesias eius successor non posset reuocare nisi regnum enormiter lederetur.allegat.d.c.abbate sane.⁊ sic Joan. And. Specu. Pe. de Ancha.volunt quod in casu illius.c.successor nõ posset reuocare illam donationem de rosellis nisi regnũ enormiter ledatur sentit etiam ibi Domi.probatur in.d.c. ꝟsi.sed ad hoc.vbi nomine dignitatis facta fuit donatio/ nescio quomodo Bal. contrarium firmet maxime quia in ecclesia Carthaginensi fuit dominium translatũ aduenient e conditione casus nota.ibi quare mor.

¶ Tertio facit in fauorẽ ecclesie Carthaginẽsis quia dicta loca olim fuerunt christianorũ regũ huius regni cũ tota hispania fuisset ante deuastationẽ maurorum/christianorum.lvj.dist.gens/quo casu valuit donatio regis ⁊ obligauit successorẽ secun

dum Inno. ibi sic concordans allegationes contrarias ibi positas & est glo. ad litteram in parte pro parte autem altera.

¶ Quarto quia ius ad dicta loca fundat ex alio capite dicta ecclesia seu episcopatus scilicet qd post dictam donationẽ regis Sancij eidem factã dicta loca fuerunt capta ab infidelibus & redacta in dominio & potestate christianorũ per quosdam milites huius regni & tunc temporis dicta ecclesia apprehendit possessionem illorum et fuit prouisum de beneficijs clericis per episcopos Carthaginenses licet postea dicta loca fuerunt amissa & redacta in potestatem infidelium vsq ad hodierna tempora feliciora quibus iterum capta & in dominium christianorum redacta fuere/ itaq ante quã nunc recuperarentur iam dicta loca fuerunt in dominio dicte ecclesie & episcopatus realiter vigore prime donationis eis facte.

¶ Imo & ante dicti regis Sancij donationem videtur ex tenore priuilegij sua fuisse cum in dicto priuilegio seu donatione dicatur / como lo solian auer en otro tiempo segun se cuenta enla coronica vieja/ ex quibus omnibus infertur quod cum ista loca aliquando antequam ad manus & potestatem infidelium deuenissent fuerunt dicte ecclesie & episcopatus quod quandocunq postea fuissent a christianis recuperata & in eorum potestate deuenissent debent absq alia concessione redire & reuerti ad dictam ecclesiam cuius ante erant/ hec enim est regula iuridica in bonis immobilibus captis ab hostibus & postea recuperatis per fideles qd redeunt ad priores dominos per quemcunque recuperentur: ista fuit decisio Papiniani in. l. si captiuus. in. §. expulsis. ff. de capti. & postli. reuer. vbi hec in littera expulsis hostibus ex agris quos ceperant dominia eorum agrorum ad priores dominos redire.

¶ Per quam regulam singulariter limitantur omnia iura que dicunt qd immobilia capta ab hostibus efficiantur principis nam hoc est verum nisi antea fuissent alicuius alterius quia tunc eadẽ priori domino debent restitui vt ibi dicit tex. facit tex. in. §. possessiones de pac. constan. ¶ Et in proposito nostro videlicet in loco seu parrochia alicuius episcopatus occupata ab infidelibus qd recuperata a fidelibus redeat ad episcopatũ cuius erat: statutũ fuit in consilio Hispalensi cui interfuit beatus ysidorus de quo meminit Gracian⁹ in. c. prima actione. xvj. q. iij. vbi littera pro quare placuit vt omnis parrochia quam antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam sua quisq comprobaret eius priuilegio restitueretur et ecclesia est receptura parrochiam quam ante tenuit. idem Gregorius papa. vij. q. j. pastoralis officij ibi ita tamen vt si ciuitatem illam hostibus liberam effici & domino protegẽte ad priorem statutum contingerit reuocari etiam ad eam in qua prius est ordinatus ecclesiam reuertaris/ hoc est quod scripsit Joannes vrbis Rome episcopus Zacharie archiepiscopo in. c. reintegranda el. j. iij. q. j. dicens reintegrãda esse omnino episcopis si captiuitate aut dolo aut violentia aut per alias iniustas causas res ecclesie vel proprias perdidisse noscantur.

¶ Superest nunc dubium nam hec omnia vendicarent sibi locum in temporalibus que ad dominium regis expectabant sed in spiritualibus que ad eius dominium non expectabant: quid põtuit dicta donatio proficere dicte ecclesie & eius episcopatui certe quid super hoc habeatur in chronicis aut quomodo antiquitus donationes fiebant de locis similibus a regibus Hispanie si ad omnia tam spiritualia quam temporalia manus seu potestatem suam extendebant hec facti sunt non est meum super hoc insistere. Sed de iure subijciam que scripta reperi/ imperatori enim olim prouisum erat spiritualia conferre vt ex ecclesiastica historia habetur in. c. adrianus

el scdo.lxiij.distin.z in.c.in sinodo.eadem distin.sed illud fuit in priuilegium conces-sum que priuilegia postea tractu temporis ecclesia reuocauit vt in.§. verum eadem distin.z priuilegia concessa laicis super spiritualibus.possunt per papam reuocari cum in his quisqz tenetur obedire summo pontifici vt notat Inno.in.c.inquisitio-ni de senten.excõ.ita dicit Abb.per.d.§.verum in.c.venerabilem.vj. colũ. de electio.sic fuit statutum a Gregorio in sinodo generali vt tex.dicit in.c.si quis deinceps. xvj.q.vij.ad finem ibi si quis imperatorum/regum/ducum zc. et Calixtus Papa in c.si quis principum dispositionem seu dominationem rerum ecclesiasticarum sibi vendicauerit vt sacrilegus iudicetur eadem.c.z.q.facit.c.messana.z.c.sacro sancta de electio.z.c.causamqz de prescrip.bonus tex.in.c.tua.de decimis ibi imperialis cõcessio quantuncumqz generaliter fiat vbi extenduntur omnia iura que dicunt laicis non competere ius disponendi de spiritualibus vt procedant etiam in imperatore/vnde licet imperatores z reges vngantur in.c.j.de sacra vntio.nihilominꝰ non con-sequuntur potestatem disponendi de spiritualibus quod est nota. secundum Abb. idem Abb.notat ex tex.quarto nota.c.dudum.de decimis z in.c.dudum.eo titu.ibi z sic donationis regis ac regine titulus nullus erat. ¶ Ubi etiã dicta iura prescriptionem in talibus vetant.c.nullus.ibi auté quicquid ecclesiastici iuris est de iure pape. ¶ Nec etiam consuetudo potest facere laicum capacem iuris spiritualis vt aperte probatur in.d.c. messana.in tantum quod non sufficeret tempus de cuius initio non extat memoria secundum Joan.And.in.c.ij.de preben.in.vj. quem sequitur z extollit Abb.in.d.c.sacrosancta.et in.d.c.messana.

¶ Uerum est quod licet nec ex consuetudine nec de iure possit regi cõpetere ius cõferendi spiritualia tamen bene ex consuetudine posset introduci vt mors prelati nũcietur principi z quod ab eo petatur licentia eligendi prelatum ita quod electio aliter facta non teneat cum intersit principis ne eligatur aliquis sibi suspectus qui secreta regni posset reuelare vt eleganter Inno.inquit in.c.quod sicut.de electio. qué ibi ceteri sequuntur/potest enim rex obijcere contra electionem prelati quod habet suspectum episcopum electum vt idem Inno.ait in.c. super his.de accusatio. Sed hoc non infert in puncto questionis. ¶ Dato ergo defectu potestatis concedendi spiritualia in dicto rege Sancio succedit dubium si fuit ille defectus suppletus per confirmationé Innocentij qui dictam donationem regiam confirmauit vt latius in bulla confirmationis continetur nam videtur quod illa confirmatio operata est circa spiritualia que a summo pontifice veniebant conferenda cum alias dicta confirmatio de nihilo seruiret ex eo quod ad temporalia non erat necessaria papalis confirmatio cum ex sola regia donatione plenum effectum sortita fuit donatio.c. in his de priuilegi.ibi cum autem his nihil conferret memorata indulgentia vbi est casus quod priuilegium principis aut pape sic debet interpretari vt aliquid de nouo conferat.idem casus in.c.si papa de priuile.in.vj.optimus tex.in.l.j.de thesauris lib .xj. l.j.ff.ad municipa.l.diuus.ff.de vsufru.et habi.facit.c.inter dilectos.de fide instru. ibi vt tantum intelligatur eo modo quo magis posset valere cum eadem legitime nequissent confirmari pariter z donari.optimus tex.iuncta glo.in capitulo quotiens. de pactis iuncta glo.j.que exponit ratihabitio.i. confirmatio.c.j.de transactio.in fi. facit.c.j.z.ij.z per totũ de confir.vti.vel inu.facit.l.si donatio.C.de donati. vbi verbum confirmo inducit dispositionem de nouo et de per se quando profertur ab eo qui de nouo poterat dare/plura curiose super hoc adduci possent .s. quando confirmans videtur de nouo dare z concedere que materia quia prolixa z varijs in locis

pertractata eam omitto/vide Bar.⁊ alios in.l.et quia de iuris. om.iudi.Bal. in.l.ex placito de rerũ permu.canoniste in.c.inter dilectos.de fide inst.singulariter Abb. in.c.causam.de electio.maxime in proposito videtur quod operetur confirmatio cũ videtur absurdum quod dicta loca essent episcopatus quo ad tẽporalia ⁊ alteri episcopatui subessent in spiritualibus concernentibus iura episcopalia que numerantur in.c.conquerente de officio ordi.⁊ ad hoc propositum seruit glo.in.c. in sinodo. lxiij.distin.q̃ loquitur vbi Papa confirmasset priuilegia principis super collatione seu dispensatione spiritualiũ nihilominus in proposito est bonus tex.⁊ valde famosus qui videtur ad litteram hoc dubium decidere in.c.dudum.de decimis ibi regis ac regine Ungarie priuilegia exhibuit qui ecclesiam saucti Stephani donationis titulo in eleemosyna hospitali concesserunt confirmationis.C.pape scriptum exhibens iuncto fine ibi per confirmationẽ predicti Clemẽtis ⁊c. vbi prior cuiusdam hospitalis cõtra episcopũ qui petebat quasdã decimas ⁊ certas ecclesias se defendebatet ad ea dicebat ius sibi cõpetere ex quibusdã priuilegijs regis Ungarie qui cõcessit dictas decimas et ecclesiã imperpetuã eleemosynã dicto hospitali que priuilegia per Papã fuerunt cõfirmata ex quibꝰ etiã prescriptione iuuabatur determinat papa qd cum dicti reges non habuerunt potestatẽ donandi seu concedẽdi spiritualia qd nec per confirmationem dicte donationis factam a papa nec ex prescriptione dicto hospitali fuit in preiudicium episcopi aliquod ius quesitum.

¶ Ecce ergo ibi expressum quod confirmatio pape non validauit donationem seu concessionem spiritualium factam a rege ⁊ sic est ibi casus apertus de questione. Uerum est ꝙ glo.in.d.c.in parte concessionem.dicit quod si in illo casu papa ex certa scientia confirmasset valida esset concessio seu donatio regis per.c.j.⁊.ij.de cõfir. vtili vel inuti.et si ista glosa esset vera videtur decidere casum in fauorem ecclesie cum papa narrando donationem factam a rege videtur ex certa scientia confirmasse cum bene sciret illam non valuisse quo ad spiritualia.vt est casus in.c.antepenul.de confir.vti.vel inuti.licet in casu nostro rex Sancius non concessit expresse spiritualia prout in.d.c.dudum.fecit rex Ungarie nihilominus si teneretur faceret in fauorem ecclesie: sed Inno.ibi finalibus verbis famosissime intelligit illum tex.dicens quod etiam si expresse papa confirmasset decimas a rege donatas ⁊ sic ex certa scientia confirmabat regiam donationem intelligitur confirmare illas decimas quas idem rex donare poterat puta decimas quas in feudum ab ecclesia detinebat quas donare licebat cum auctoritate seniorum de his que fiunt a prelato.c.cum apostolica.nõ autem alias quas nullo modo poterat donare ipse rex.hec ille.hec verba Inno.habita sunt in magno valore per scribentes ad hoc vt semper presumatur confirmata donatio in casu habili ⁊ ad illum referatur confirmatio si fieri potest ita quod non transeat confirmatio in speciẽ donationis cũ aliud sit donare aliud confirmare vt in.d.c. inter dilectos.sic Abb.extollit in.d.c.dudum.⁊ sequitur hec verba Inno.idẽ Anto. dicens raro alibi reperiri.gustat Bal.in.l.bonorũ la.ij.C.qui admi.ad bo.poss. ⁊ in c.j.per quos fiat inuest.vnde Bal.in.l.aduersus.C.si aduer.rem iud. ad finẽ inquit ꝙ natura confirmationis est robur addere confirmato non autem ipsum extendere ad id quod in eo non includebatur.ar.l.aurelius.in.§.testamento de libe.lega.⁊ sic refert consuluisse Bar.in.l.omnes populi.v.colũ.de iusti.⁊ iu.inquit quod papa cõfirmando statuta non videtur confirmare illa que sunt contra libertatem ecclesie licet hoc posset si vellet in.c.j.de transac.per Inno.argumento de pe.le.l.peculiũ.in. §.sicut cũ ille qui mãdat nõ videt mãdare cõtra seipsum.l.creditor in.§.fi.ff.mãda.

¶ Verum est quod in nostro casu non est in quo de iure cōmuni aliud posset operari dicta confirmatio cum temporalia absq; papa potuit rex donare: et ante dicti Docto. loquuntur quando ad aliud operari possit talis confirmatio.s. circa validitatem que erat necessaria dato qd infidelium rex haberet decimas sed in nostro ca. rex expresse non cōcessit spiritualia aliqua et sic non potest dici quod ex certa scientia papa confirmasset licet mentioné fecisset de donatione regia cum in ea nulla mentio fieret spiritualium hec obstare videntur dicte confirmationi.

¶ Et si tpe hui9 cōfirmationis Innocētiane esset iā facta auctoritate pape cōcessio horūlocorū alijs episcopatib9 res haberet minus dubiū cum iam esset auferre ius alijs quesitū de quo nulla mentio facta fuit in dicta confirmatione et sic intelligitur absq; preiudicio tertij.l.ij.§.merito.et.§.si quis a principe.ff.ne quid in lo.pub.

¶ Verum est quod vbi tempus confirmationis est inualidum et tempus rei confirmate validum trahitur confirmans ad tempus confirmati vt est ille tex. famosus adductus per Bal. ibi in.l.j.de testa.manu.C. nam illud cessat in proposito cū medio tempore iam alteri erat ius quesitum ante confirmationem. Item quia vbi aliquid sumit vigorem ex confirmatione quod ante non habuerat tunc confirmatum trahitur ad tempus cōfirmationis non econtra.ff.de offi.procō.l.obseruare.in fine in ratione sui.ff.ad trebe.l.si quis priore.ff.de mili.test.l.tribunus.§.fina. secundū Bal. in.l.leges et constitutiones.iij.colun.C.de legi.

¶ Sed certe in fauorem ecclesie Carthaginensis multum facere videntur illa verba apposita a dicto rege Sancio in dicta donatione dum dicit/ como lo solian auer otro tiempo segun se contiene enla coronica vieja/iuncto eo quod non constat fuisse subdita alteri episcopatui et quod olim cum dicta loca recuperata fuerunt per quosdam milites christianos in dicta ecclesia cepit illorum possessionem et prouidit de beneficiatis in eius ecclesijs item confirmatio quod magnam presumptionem facit in rebus antiquissimis/vnde quod credatur dicto regi.s.quod in dicta chronica antiqua sic contineretur vt dictus rex affirmauit quod dicta loca erant dicti episcopatus: probatur ex clemen.j.de proba.que in facto proprio disponit quod credatur assertioni pape/idem dicendum quod assertioni solius regis creditur sicut de papa dicitur in dicta clemen.j.secundum Bar.in extraua.ad reprimendam in parte figura. ad finem vbi dicit quod sole assertioni iudicis non creditur nisi esset papa vel imperator.allegat.c.quoniam contra.de probatio.et dicta clemen.j. idem Bal. in.c. cum a nobis de testi. Cardi.singulariter in.q.cliiij.nam et si princeps habens supremā potestatem potest concedere alteri vt credatur sibi soli in quocunq; negotio vt patet in caplo quicunq;.xj.q.iij.fortius habebit in se quia propter vnumquodq; tale. Inde est quod Bal.in.l.his verbis.C.de testa.mili.inquit quod speciale est in prīcipe cui in facto proprio est credendum sicut creditur legi asserenti etiam sine die et cōsule.j. consti.C.§.si.concurrit ergo in proposito regis assertio.s.sic cōtentum in chronica antiqua concurrit donatio eius sic antiquissima concurrit eius possessionis apprehensio que attenta tanta temporis antiquitate multum probat. casus est singularis in proposito in.c.cum causam.de probatio.vbi erat questio inter episcopum Colubriensem et Egitanen. super limitatione suarum diocesum dicit ibi papa diuisioné suarum diocesum probari per libros antiquos et alia adminicula et sic mādat ibi papa iudicib9 vt procedāt secundū diuisioné que per libros antiquos et alia adminicula cōstare posset et est tex. singularis ad propositū inquantū dicit per libros antiquos pbari fines diocesū. ¶ Vnde in nr̄o casu chronicis antiquis quib9 a maiorib9 nr̄is

fides communiter adhibita est credere debemus secundum Bar.in.l.j.ff. si cer. pe. Abb.in.d.c.cū causam.in casu illius.c.optima glo.in.c.inter dilectos.de fide inst. in vsi.magis poterat glo.in.c.venerabilē de electio.vsi. transtulit.bonus tex.in.c. ad audientiā de prescri.in.l.celsus de vsucapio.Domini.⁊ glo.in.c. quāuis ad finē xxj.di. vbi dicit quod in factis antiquis statur libris historiarū per notata in .d.c. cum causam.inquantū dicit quod per libros antiquos probantur fines diocesis ⁊ earum diuisio quod vbi factum esset antiquissimum ⁊ agitur de modico preiudicio etiam per libros non antiquos nec repertos in archiuo seu custodia publica probabitur finis diocesis quia cum agitur de modico preiudicio nec vertitur interesse bursale non est verisimile quod quis scripsisset falsum vel quod illa scriptura fuisset tanto tempore tollerata si non continuisset veritatem ⁊ sic applicat ad propositū sic esse in probandis finibus seu diuisionibus diocesis cum sit modicum preiudicium cum habeat iste episcopatus vel ille ar.c.cum apostolica de his que fiunt a prela.hec ille ij.colū.vsi.nota bene hec dicta.⁊ est valde nota.hec conclusio quam scribentes notant valde quod ista materia confinium inter ecclesias non est preiudicialis/ mouētur per.d.c.cum apostolica.vbi remittitur solēnitas quando bona non exeunt manus ecclesiarum/item mouetur quia vbi agitur de nullius preiudicio scripture librorum non auctenticorum vel lapidum faciunt fidem cum tunc sufficiant probationes non plene.glo.ibi in.c.sane el.ij.xxiiij.q.ij.⁊ aperte Inno.in Rubrica de consecra.eccle.vel alta.⁊ Abb.in.c.proposuisti.illo titulo. ¶ Imo iste fines diocesis probantur per verba narratiua seu enunciatiua contenta in aliqua scriptura auctentica que ad alium finem fuit facta principaliter ista est glo. nota. in.c. cum cl.m. de censi.⁊ in.c.si papa de priuile.in.vj.quas extollit Anto.in.c. cum dilectus.de successio.ab intes.et Abb.in.d.c.cum causam.et in.c.super eo.de parrochi.accedat qđ Bal.dicit in.l.cum aliquis.C.de iure delibe.in prin.vbi limitans glo.ibi que dicit quod licet instrumentum diceret actum in ponte nouo Perusij districtus non per hoc probatur quod sit perusini districtus quod dicit verum nisi instrumenta antiqua hoc attestarentur nam probant communem opinionem hominū que presumitur esse vera.l.j.ff.de flumi.§.j.l.in testamento. et.l.j.de condi.⁊ demo. idē tenet ibi Salice.sequuntur Moderni pro quibus faciunt glo.antedicte ⁊ glo.in.l.optimā. C.de contra.emp. imo Car.post Mattheū in clemē.j.de proba.in.iiij.oppo.magis late vult extendere hanc materiā vt in probatione finiū sufficiat semiplena probatio ⁊ fortius procedit cum dicta verba sint enunciatiua emissa a principe sicut dicimus de papa quod in priuilegijs pape in factis antiquis probant verba in eis enūciata tex.⁊ glo.⁊ ibi plenissime Domini.in.d.c.si papa de priuile.in.vj.sequutus Anto.in. d.c.si.de success.ab intes.facit.l.ij.§.exactis.vsi.pro rostris.ff. de ori.iuris/optime infert Bal.in.l.conuenticulā.in.vj.col.in vsi.ex his etiam infero de epis.⁊ cle.quod licet ecclesia non habeat instrumenta de ciuitatibus suis si tamen habet generalem opinionem (vt ita dixerim) prescriptam apud omnes sufficiat ecclesie pro plena probatione ex eo ꝙ in factis multum antiquis opinio que est vniformiter apud omnes habetur pro veritate.Item cum dictus rex dixit/segun lo solian auer/presumitur sic semper fuisse nam in dubio nunꝙ presumitur confiniū mutatio.tex.⁊ ibi Bal.in.l. in finalibus.ff.fini.regū.idem Bar.in.l.demostratio falsa.ff.de condi.⁊ de.⁊ vbi territoria mutātur per mutationes principū vel diuisiones iurisdictionū ista non noceant finibus antiquis glo.in vsi.diuisis in.c.j.x.distin.⁊ in clemen.nec ratione.vsi. diuisionis.de electio.Anto.et Hostien.in.c.querimoniam.de iure patro.in fi.

¶ Ex alio iuuari se potest ecclesia.s.quia ciues ciuitatum & castrorum presumuntur esse illius qui primo occupauit secundum Inno.in.d.c.cum causam.quem Bal. valde extollit sed quo ad spiritualia/secus dicit ibi Inno. quod valde notant ibi Doc. quod in spiritualibus non habet locum regula illa qd possidens dominus presumitur ex quibus quo ad spiritualia negotium non est sine dubio. Rodericus.

¶ Allegatio nona.

PResupposito quod villa de Saluatierra de iure habet intentionem suam fundatam in remedio intẽtato deueniendum restat ad excludendum titulum a quo comes nititur ius suum fundare & per consequens ville intentionem excludere.

¶ Comes enim pretendit ius suum ad dictã villam ex quadã donatione seu priuilegio concessio cuidam nomine Petro Lopez de Ayala antecessori suo per regem Joannem cuius tenor videri potest: est confirmatũ a rege Henrrico eius filio a .xv. de Deziembre año de mil y trezietos y nouenta y tres.quod priuilegium ius comitis non fundare nec ville intentioné excludere ex sequentibus ostenditur.

¶ Primo ex defectu potestatis concedentis nam cũ dicta villa & prouincia de Alaua esset sui iuris se dedit & transtulit in regiam coronam hoc pacto & hac cõditione vt semper in regia corona remaneret nec alienari posset aliquo modo in aliquem alium siue esset huius regni siue alterius vt latius hec continentur in contractu celebrato inter eos cum rege Alfonso & priuilegio eis super hoc concesso a dicto rege Alfonso dicte prouincie in Victoria/a dos dias de Abril era de mil y treciẽtos y setenta años/vbi hec verba/nos otorgaron la tierra de Alaua que ouiessemos ende el señorio & fuesse realenga & la pusieron enla corona de nuestros reynos & para nos & para los que reynassen despues nos en castilla y en leon &c.& paulo post sequitur/ & pidieron nos por merced que no diessemos la dicha tierra de Alaua ni la enajenassemos a ninguna villa ni a otro niuguno mas que finque para siempre real y enla corona delos nuestros reynos de castilla y de leon & nos lo tenemos por bien &c. hoc idem expresse & specifice eidé ville concessit rex Henrricus en Burgos veynte y dos dias de Octubre era de mil y quatrocientos y nueue años vbi rex inquit que la dicha villa de Saluatierra sea siempre real & dela corona de nuestros reynos y no de otro señorio alguno & iuramos & prometemos dela nunca dar ni enajenar a otro señorio alguno/& dicit se reuocare & irritare quamcunque donationem de ea factam aut fiendam quibuscunque personis tam naturalibus & incolis huius regni quã extraneis vt ibi latius hec continentur.

¶ Quibus euidenter est expressum pactũ & cõuentũ ac promissum esse dictã villã nõ esse alienandã in aliquẽ alium dominũ sed semper debere esse in dominio regali.

¶ Ex quo frustratur quedã allegatio aduocatorũ comitis dicentium quod illa verba non alienare in alium dominũ debent intelligi.s.nõ subditum & extraneũ regni cum sint verba clara que aperte vetant dictam alienationem etiam in subditos & naturales huius regni maxime in priuilegio regis Henrrici. ¶ Nũc ergo ad propositum ex defectu potestatis nõ valuit dicta donatio facta dicto Petro lopez de Ayala a dicto rege Joanne nec aliquod ius ad dictam villã ei cõtulit quia esset infringe

re et reuocare pacta et conuentionē super hoc habitā cum dictis regibus predecesso ribus suis qđ non potuit nec ei fuit licitū nec permissum: principe enim esse obliga tum ad obseruantiā contractus celebrati cum subdito nec eidē posse cōtrauenire. iura sunt nota. c. j. de proba. ibi vt' his colligeret quid tibi seruare deberet/ qui tex. ad hoc reputatur notabi. per Abb. ibi et in. c. que in ecclesiarum. de consti. et per alios scribentes qđ imperator obligatur stare pactis et conuentionib9 initis cum subdito facit. l. cesar. ff. de pub. optimus tex. in. c. j. de natu. feu. vbi hec littera si qs princeps inuestierit capitaneos suos de aliquo feudo: non potest eos deuestire sine culpa quē tex. ponderat ibi Bal. ad hoc principē precise obligari et teneri ex contractu. Nam li cet deus subiecit ei leges non tamen contractus ex quib9 obligatur secundū cum. Idē probatur optime in. c. j. de no. for. fide. vbi est casus secūdū Bal. q vbi princeps aliquid facit cum subdito per viam contractus et conuentionis in tali contractu sic seruandum est ius cōmune sicut vbi contrahitur inter priuatos et sic illum princeps adimplere tenetur/ legib9 enim viuere volum9 inquit imperator in. l. digna vox. C. de legi. inde est q ipse Bal. ad propositū de quo agitur in. l. fina. C. de transa. inquit in fine q capitula que facit imperator et apostolicus cum ciuitatib9 suis sunt seruāda bonus tex. in. l. fina. C. de dona. inter vi. et vxo. vbi tex. loquitur de donatione regia per quem Bal. hoc idē ibi firmat principē ex contractu obligatum esse nec illū reuo care posse. Accedat singu. tex. in. l. fundi. C. de fun. patri. li. xj. vbi est casus q si fundi patrimoniales principis dentur in emphyteosim hoc pacto vt non incidant in com missum propter canonem non solutū illud seruandū est a principe vt conuentū est et per illum tex. dicit Bal. in. l. qui se patris. viij. col. C. vnde libe. Vsi. sed quid si pater. in illa. q. si princeps posset reuocare priuilegium suum habuit pro indubitato quod vbi non esset priuilegium sed conuentio non posset princeps talem conuentionē re uocare nisi secundum ipsius rei naturam. ¶ Preterea constat vt ipse rex Alfon sus testatur in dicto priuilegio quod dicta prouincia se subiecit regie corone sub hoc pacto et conuētione quod a regia corona alienari vllo modo nec separari posset: imo semper in regia corona remaneret pro eo et regibus successoribus et hoc idem cōces sum et promissum fuit. ¶ Sed habeo a iure determinatum quod vbicū q aliquis se subiecit alicui ciuitati seu domino sub aliqua conuentione seu conditione vt ei ta lis immunitas seu priuilegium concedatur et ob hoc tale priuilegium seu immuni tas ei concedatur etiam si eidem concederetur per viam statuti quod de sui natura est reuocabile tamen quia tale statutum transiuit in quasi contractum efficietur irreuocabile ita quod nullo modo statuentes possunt contrauenire dicto statuto nec frangere immunitatē et concessionem factam illi qui se subiecit tali ciuitati aut domino. Bar. singulariter in. l. oēs populi. ff. de iusti. et iu. in. x. col. Vsi. circa primum et idem in. l. qđ semel de decre. ab ordi. facien. probatur ex tex. singulari in. l. itē eorū. quod cuiusq vniuer. et eleganter Anto. in. c. cum oēs. de consti. idē dicit in priuile gio principis qđ vbi transiret in quasi contractū eodem modo reuocari non potest sicut statutū quod transiret in quasi contractū suadet hoc euidens fundamentum quia cum consensus interueniens in his conuentionibus et pactis vltro citroq obli gatorijs sit de iure gentium ex eo principem obligari irreuocabiliter est notū cum ipse a iure naturali gentium sit obligatus nec eidem contrauenire potest insti. de iu re naturali. §. sed naturalia: imo contrahens princeps cum subditis non solum tene tur eis ad obseruantiam contractus de iure gentium sed etiam tenetur de iure ciui li quia ratione natura. i. naturalis ratio comparatur. l. bona fides. ff. de posi. nam si

princeps non obligaretur alij nec alius obligaretur sibi ex regula correlatiuorum ⁊ sic esset interdictũ cõmertiũ esset principi ⁊ esset tanquã exul qui est omniũ presul secundũ Bal.in.l.princeps.ff.de legi.⁊ qđ non solum naturaliter sed ciuiliter obligetur.est casus singularis in.l.bene a zenone.C.de quadri.pres.vbi est expressum qđ cõpetit contra principẽ actio realis ⁊ personalis ex cõtractu per eum seu per eius procuratorem celebrato sed actio inducta est de iure ciuili ⁊ sic presupponit obligationem.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procura.casus in.l.j.in.§.fi.cũ.l.sequẽ.ff.de officio procõ.cesa.vbi Vlpian⁹ inquit principẽ obligari ex aditiõe hereditatis sed obligatio que nascitur ex aditione est de iure ciuili secundũ Bar.in.l.ex hoc iure.ff.de iusti.⁊ iure.est casus in.l.apud iulianũ.§.fi.ff.ex qui.ca.in po.ea. itaq₃ indubitata est hec conclusio principẽ obligatũ esse ad implendũ contractũ:conuentionẽ:⁊ pacta ab eo inita cum subditis nec solũ de iure gentiũ sed de iure ciuili ⁊ leges huius regni habẽt hoc pro indubitato.l.las cosas.foro.ll.lib.iij.titu.delas donaciões/vbi littera/las cosas quel rey diere a alguno no gelas pueda el quitar ni otro ningũo sin culpa/⁊ multe.ll.partitarũ hoc idẽ disponũt ⁊ scribẽtes in vtroq₃ iure late hec affirmant ex diuersis iuris principijs in plurib⁹ locis que videri poterũt. ¶ Et intantũ hoc obtinet qđ ne dum ipse rex cũ quo talia pacta ⁊ cõuentiones inite fuerũt tenetur ad eorum obseruantiã sed ad hoc idẽ obligati sunt eius successores in regno sic inquit Cy.in.l.digna vox.C.de legi.vbi satis ad propositũ ait q̄ si imperator ineat aliqua pacta cum aliqua ciuitate vel barrone tenetur ea obseruare tã ipse quã eius successor per dictam.l.digna vox.⁊ alia fundamẽta referens idẽ tenuisse Guill.de suza. hoc idem ibi Bar. Pau.de Cast.ibi latius dicẽs quod cum talia pacta ⁊ cõuentiones afficiãt ipsam dignitatẽ q̄ successor in regno cum ipse dicte dignitatis sit administrator tenetur dicta pacta obseruare sicut predecessor ad hoc tenebatur. Accedat glo.nota.in auct.de defenso.ciuita.que loquitur de pace constantie quã imperator Fredericus fecit cũ comitatibus Lõbardie sibi subditis vt capitula illius pacis sint obseruanda per successores illius ⁊ illum extollit Paul.de Cast.in.d.l.digna vox. pro terris subditis ecclesie romane vt est bononia quod si papa faciendo pacem cum ea faciat aliquas promissiones teneatur ipse ⁊ ei⁹ successores eas obseruare nec possent eas rumpere etiam de plenitudine potestatis/idem ipse Pau.in.d.l.fi.C.de trãsac.inquit q̄ si papa faciat aliquã concordiã ⁊ conuentionẽ cum ciuitate bononie qđ soluant certum censum ⁊ stent in sua libertate quo ad omnia quod valet talis compositio nec debeat per eius successorem retractari. Predictam opinio.Cy.sequitur idẽ Bal.in.d.l.digna vox.quod contractus principis liget successorem ad obseruantiam ⁊ allegat dictam glo.dicte auct.de defen.ciui.colla.iij.idem ipse in.c.j.de natu.feu. pro hac omnium sententia.est casus famosus in.c.j.de proba.vbi tex.loquitur de quibusdam pactis ⁊ conuentionibus celebratis inter imperatorẽ Iustinianũ ⁊ antecessores cuiusdam Tancredi regis subditi ad quorum obseruantiã papa dicit obligatos successores dicti Iustiniani ⁊ ad hoc propositum extollitur ille tex.ibi per Abb. et alios scribentes/et illum tex.notat ad hoc Cyn.in.d.l.digna vox.et Bal.in dicto c.j.idem dicens ibi esse casum satis ad propositum qđ si inter imperatorem ⁊ aliquã prouinciam ineantur aliqua pacta non solum ipse imperator sed successores tenentur illa obseruare.pro his est casus expressus in.c.abbate sane.de re iudi.li.vj.versi. pro parte autem altera a contrario sensu iuncta glo.et in.§.sed ad hoc.est casus ad litteram quod donatio seu concessio facta per regem sub nomine dignitatis trãsit ad successorẽ. ¶ Et procedũt hec in proposito sine dubio concurrentib⁹ duob⁹ que con

currunt in hoc negotio. ¶ Primo attento maximo ſeruitio facto ab ipſa prouincia
regi ⁊ regie corone dū exiſtēs ſui iuris ſe ſubiecit eidē qḋ iuſe rex fatetur in dicto pri
uilegio vbi fit mentio dicti pacti ⁊ cōuentionis dum dicit/por el conoſcimiento del
gran ſeruicio que nos hizieron ⁊c. vnde Bal. elegāter in. l. qui ſe patris. C. vnde li
be. loquens etiā in priuilegio de ſui natura reuocabili dicit quod ſi rex cōceſſiſſet ſu
bdito tale priuilegium per pretiū vel propter ſeruititia quod nullo modo poſſet re
uocare illud extollūt multi in diuerſis locis pro quo allego caſum ſingularem in. l. ſi
pater in. §. ſi quis aliquem. ff. de donatio. vbi donatio remuneratoria non poteſt re
uocari propter ingratitudinem ⁊ ſic donatio que de ſui natura eſt reuocabilis ſi ſit
remuneratoria reuocari nō poteſt. ¶ Secundo concurrit maximū intereſſe huius
ville ⁊ totius prouincie que ſe ſubiecit ſponte regie corone volens ſemper in ea rema
nere ne alienetur in alium dominum quod intereſſe magnum valde reputatur ho
die quod aliqua villa ſit regalis aut alterius domini vt in multis docet experientia
notoria ſed in caſu magis dubio eſt illa celebris concluſio Hoſti. originaliter in. c.
dilecti. de maio. ⁊ obe. quam ibi ceteri extollunt ⁊ ſequuntur quod rex ſeu princeps
non poteſt villam ſeu ciuitatem ſibi ſubiectā alteri domino inferiori ſubijcere inui
ctis hominibus ciuitatis cum ſit maximū intereſſe vaſallorum non perdere dominū
vt inquit Inno. in. c. auditis. de preſcrip. ⁊ Bal. in. §. in generali in titu. ſi de feu. cō
tro. fu. e. in dom. ex dicta concluſione Hoſtien. infert quod Rex Francie non poſſet
alienare vnam de ciuitatibus regni inuictis ciuibus cum ſubditorum interſit non
mutare dominū. l. inuictus. de fide liber. ⁊ ibi glo. ⁊ licet iſta concluſio ſic generali
ter intellecta haberet difficultatē tamen in propoſito de quo agimus eſt valde equiſ
ſima ⁊ iuri conſona ⁊ facilis ad eam ſubſtentandū tam ex eo quia eſt valde magnū
intereſſe qḋ vaſalli pretendūt ex alienationē extra regiā coronam in dominū inferio
rem quā etiā ex eo quia hoc intereſſe deſcēdit ex pacto ⁊ cōuentiōe inita ⁊ celebrata
cum rege tēpore quo ſe regie corone ſubiecerunt quā conuentionē ſeruandā eſſe ſu
pra oſtenſum eſt. Imo ex ſola ſubiectione quā fecerunt cenſetur eis hoc ius acquiſitū
ad hoc do famoſum tex. in. c. imperialem. in. §. preterea ducatus. de prohi. alie. per
frede. vbi eſt caſus qḋ dominus feudi non poteſt inuito vaſallo dominium in alium
transferre ne cogatur alienū dn̄m habere/maxime cum contractus oēs qui fiunt cū
principe habeant naturā bone fidei contractus vt eſt ille tex. nota. in titu de pace cō
ſtan. in ver̃ſi. ſi qua vero ⁊ in ver̃ſi. in nomine chriſti qui ad hoc ponderatur per Bal. ibi
⁊ in ver̃ſi. pactiones in quibus contractibus valde exuberat equitas vt pacta ⁊ con
uentiones ad vnguē ſeruentur. Si ergo vt oēs fatentur nedū ipſe rex Alfonſus cum
quo dicta pacta ⁊ cōuentiones celebrate ſunt ſed eius ſucceſſores ad eorū obſeruan
tiam obligati ſunt nec eis cōtrauenire potuerūt ſatis euidenter cōſtat nullius eſſe va
loris conceſſionē ſeu donationem dicti regis Joannis a qua dictus comes fundat
titulum ⁊ ius ad dictam villam cum laboret vitio defectus poteſtatis in concedēte.
¶ Ex alio capite etiam ex defectu poteſtatis inualidatur dicta donatio facta dicto
Petro Lopez de Ayala. ſ. attēta qualitate dicte ville de Saluatierra ſitu ⁊ confini
bus eius/regno enim Nauarre eſt propinqua ⁊ ſic non poteſt negari dictam dona
tionem eſſe in graue damnum et iacturam regni et regie corone quo caſu eſt nulla
donatio vt tex. diſponit in. c. intellecto de iure iu. cum concor. de quo Bar. in. l. pro
hibere in. §. plane. ff. quod vi aut clam ⁊ Bal. de pace conſtan. §. opizoni quod prin
ceps nec per contractum nec alio modo poteſt concedere regalia in preiudiciū ſuc
ceſſoris quia ſicut non poteſt eorum iura ſubuertere ita nec minuere ⁊ de iure huius

regni hoc est indubitatum dictam alienationem esse nullam cum in pluribus legibus sit statutum ⁊ prohibitum regi alienare ciuitates: villas: ⁊ loca alia regie corone vi rex Alfonsus disposuit ⁊ iurauit sic obseruare in curijs celebratis in villa Vallis oleti era de mil.ccclxvij.petitio.xxxjx.idem statuit ⁊ iurauit rex Henricus primus huius nominis in ordinatione petitionū Thauri petitio.iij. quod postea amplissime extensum fuit ⁊ dispositum per regem Joannem secundum in villa Vallis oleti anno.xlij.cum ergo priuilegium iam dictum sit contra ius nullum est ipso iure.l.fi. C.si contra ius.facit.l.rescripta de preci.impera.offeren. nec in eo est aliqua derogatio dictorum iurium nec in genere nec in specie prout erat de iure necessarium iuxta notata in.d.l.fina.⁊ in.c.j.de consti.li.vj.per glo.⁊ in alijs vulgatis locis.

¶ Preterea cum in alienatione dicte ville concurrunt due prohibitiones vna iuris communis qua prohibitum est regem alienare loca regni/ alia per viam pacti ⁊ conuentionis inite inter dictam prouinciā cum rege isto casu etiā in casibus alias a iure permissis in quibus loca regni possunt a regibus alienari nō poterit dicta villa alienari cum in ea concurrant due prohibitiones.hoc tenet glo.notabilis in.c.verum de condi.appo.Jmo.⁊ Moderniores per plura fundamenta in.l. filius fa. in. §.diui.ff.de lega.j.

¶ Secundo dico quod etiam si omnia predicta cessassent nec defectus potestatis in concedente fuisset ex alio capite non obstat ville dicta donatio qua se defendit comes.s.ex defectu voluntatis illam concedentis que non fuit derogare priuilegio pactis ⁊ conuentionibus supradictis quibus dicta villa erat inalienabilis atq; inseparabilis a regia corona/constat enim quod de dicto primo priuilegio pactis ⁊ conuentionibus quibus dicta villa erat a corona regia inseparabilis tam per regē Alfon. quam per regem Henricum concesso nulla est facta mentio in dicto secundo priuilegio dicte ville concesso dicto Petro Lopez de ayala nec de iuramento in eis facto de non alienando propter quod est nullum ⁊ inualidum nec operatur aliquod preiudicium dicte ville nec aliquam derogationem priuilegiorum suorum.

¶ Primo quia vbicunque secundum priuilegium non facit mentionem de primo priuilegio alteri concesso non operatur derogationem primi nec per tale secūdum priuilegium videtur primum reuocatum/ verba sunt tex. in.c.veniens. de prescrip. ibi quod priuilegium suorum predecessorum non extitit derogatum cum de ipsis nullam fecerit mentionem ⁊ glo.ibi in parte nullam elicit ex illo tex. hanc regulam quod secundum priuilegium debet facere mentionem de primo ad hoc vt reuocet illud.de hoc est casus singu.in.l.decurionibus.C.de silē.li.xij.qui ad hoc extollitur per Bal.in pluribus locis.ad hoc facit tex.⁊ glo.in.c.j.⁊ in.c.cum ordinem.et in.c.ij.et in.c.ceterum.de rescriptis imo plus probatur in.d.c.veniens.quod non solum de priuilegio alteri concesso est fienda mentio in secundo ad hoc vt illi preiudicet sed etiam de priuilegio limitato ipsi priuilegiato concesso si secundum cōcedatur pure sine limitatione in preiudiciū iuris alteri reseruati in primo priuilegio quod Abb. reputat mirabile dicens se alibi non legisse. Cum ego princeps in secūdo priuilegio non facit mentionem de primo contrario a se aut antecessoribus concesso dicte ville seu prouincie cessare videtur voluntas illud reuocandi ⁊ censetur circumuentus vt eleganter inquit papa in.c.cum olim de re iudi. ibi sicut credimus circumuentus nam ibi papa presumitur circunuentus si faciat aliquid contra suam pronunciationem/⁊ Bal.ibi reputat illum tex.nota. dignum ad hoc quod si Rex Francorum contra suam pronunciationem aliquid concedit tacito de pronunciatione concessio

est ipso iure nulla. Alio igitur non apparente semper presumitur potius in princi-
pe circumuentio quam variatio ita quod secũda gratia nunquam presumitur pre-
iudicare prime alteri cõcesse vt ibi et est casus optimus in.l.ij.§.merito et.§.si quis
a principe.ff.ne quid in loco publico.ꝛ illud.c.cum olim.extollit Cardi.in consilio
cxxxvij.incipienti factum sic se habet et cõsilio.cxlvij.incipi. dominus papa. vbi ad
propositum eleganter consuluit quod si papa reuocasset omnes suas concessiones
non intelligitur de initis a se per viã contractus ꝛ per illud.c.cũ olim.reperio satis
ad propositum eleganter consuluisse Ludo. Roma. quod si princeps donasset seu
concessisset alicui aliquam rem ꝛ illam eandem idem princeps vel eius successor al-
teri concessisset simpliciter quod in hac secunda concessione tendente in reuocatio-
ne prime princeps seu eius successor censetur circunuentus nec valebit illa secunda
donatio ad effectum reuocandi primam donationem in tantum ꝛ est notandũ quod
si iste primus donatarius agat rei vendicatione contra istum secundum obtinebit
nec iste secundus poterit se iuuare ex beneficio.l.bene a zenone.de qua.pres.ad ex-
cludendum eum qui pretẽdit primam cõcessionem cum ab eodem principe seu eius
predecessore pretẽdat titulum dicit hoc esse expressissimum in.d.c.cum olim. late hoc
explicat in consilio.ccxcviij.incipienti circa premissam dubij consultationem ꝛ hoc
aperte determinatur in.c.abbate sane.de re iudi.lib.vj.a contrario sensu in.vsi.pro
parte autem altera iuncta glo. loquendo de rege Aragonie quia ideo illa donatio
secunda facta de illo loco per regem successorem valuit cõtra donationem primo fa-
ctam ab antecessore suo rege quia ipse primus rex tunc donauerat cum locus ille ab
infidelibus eriperetur ꝛ sic non debuit successorem in regno obligare ad eius obser-
uantiam ꝛ sic a contrario sensu vt ibi determinat glo. si tempore donationis per pri-
mum regem facte locus ille fuisset in dominio suo ille primus donatarius potior
fuisset donatario pretendente causam a rege successore primi regis donantis.

¶ Preterea cum in dicto priuilegio concesso dicto Petro Lopez nulla fuit facta
mentio de dictis priuilegijs: conuentionibus: ꝛ pactis per quas dicta villa erat ina-
lienabilis a regia corona manifestissima est surreptio eius: sed de iure surreptio in
priuilegijs principum vitiat talia priuilegia. casus est in.l.j.de nata.resti. ꝛ in.c.ex
multiplici de decimis ꝛ in.c.j.de filijs pres.in.vj.l. ꝛ si non cognitio.C. si contra ius
vel vtili.publi.Bal.in.l.prescriptionem.C.eo.titu.iij.col.vsi.ego dico.magistraliter
notat Abb.pro singu.hanc regulam in.c.j.de rescrip.notabilis tex.qui loquitur in
surreptione ꝛ obreptione in.c.quod super his.vsi. vnde si tales de fide inst. qui tex.
loquitur in reuocatione ꝛ in.c.porrecta in fine de confir.vti.vel inuti.qui tex.in con-
firmatione idem disponit. ¶ Secundo quia dicta concessio ꝛ priuilegiũ dicte ville
concessum a rege Henrrico fuit iuratum vt ex eo patet vnde cum in dicta donatione
facta postea de dicta villa dicto Petro Lopez de Ayala non fuit facta mentio de dic-
to iuramẽto non potest aliquid operari in preiudicium dicti priuilegij iurati: nam si
princeps generaliter reuocasset omnia priuilegia non extenditur talis reuocatio ad
priuilegia iurata vt dicit glo.in.d.c.cum non deceat.in parte effectus de electio. in.
vj.quasi non videatur de mente reuocantis reuocare priuilegia iurata nisi illud ex-
primat vt ibi dicunt Pau. ꝛ Imo.post glo. ¶ Et quia dictus rex Joannes qui fecit
donationem dicte ville dicto petro lopez obligatus fuit ad obseruandũ iuramentum
predictum prestitum a dicto rege Henrrico patre suo nam quo ad ea que tangũt et
cernunt robur ꝛ firmitates contractus iuramentũ bene transit ad heredes licet non
reatus preiurij iuxta nota.in.c.veritatis de iure iu.ꝛ legiste in auct.sacramẽta pube-

rum.C.si aduer.vendi.⁊ in.l.iij.C.plus vale.quod agitur.cum alijs maxime quia ipse rex Joannes approbauit ⁊ confirmauit dictum priuilegium iuratũ a patre suo concessum ⁊ ex certa scientia cum totus tenor eius fuit insertus in confirmatione vt ex ea constat.facit glo.in.c.licet mulieres.de iureiuran.li.vj.

¶ Nec obstat predictis vnum in quo comes videtur ponere maximum fundamentũ .s.quod et si hec ita sint ⁊ alienatio dicte ville fuisset prohibita ex predictis priuilegijs pactis ⁊ conuentionibus: nihilominus ex quo rex predictus Joannes alienauit in dictum Petrum transtulit in eum dominium.l.ea lege.C.de condi.ob causam. quod non obstare euidenter ostenditur.

¶ Primo quia contractus principis habet vim legis.l.cesar.ff.de publi.l.penul.C.de dona.inter vi.⁊ vxo.sed prohibitus alienare a lege non transfert dominium si alienet:⁊ cõtractus:⁊ alienatio est nulla.casus est in.l.non dubiũ.C.de legi.⁊ insti.qui alie.licet vel nõ.in princi.magistralis regula est tradita per glo.in.d.l.ea lege.ad eius limitationis.cum ergo ista villa fuit prohibita alienari extra regiam coronam ex dicta conuentione inita cum rege Alfonso ⁊ hoc idem ipse ⁊ rex Henrricus promiserunt ⁊ sic preceperũt obseruari clarum est quod habetur ac si alienatio a lege esset prohibita princeps enim est lex viua ⁊ reipsa precepit vt lex per scripturã vt ipse inquit in.l.in presenti in prin.C.de his qui ad eccle.confu.hinc est quod Inno.de accusa.in c.fina.finalibus verbis dicit quod quemadmodum non valet alienatio quando lex mortua prohibet eodem modo quando lex viua/⁊ sic aperte firmat alienationẽ factam contra principis prohibitiones esse nullam nec ex ea dominium transferri sicut si a lege alienatio esset prohibita ⁊ ad hoc notat ⁊ sequitur illa verba Inno.Abb.in c.Raynaldus de testamen.v.colun.

¶ Secundo quia in proposito concurrunt due prohibitiones/vna legis que prohibet principem alienare loca regni causis de quibus ante/alia hominis .s.illud pactum ⁊ conuentio de qua supra quo casu etiam ex pacto impeditur dominij translatio casus est in.§.sanctissimas in auct.de non alie.aut permu.colla.jx.in.d.l.ea lege.cum qua omnes transeunt.

¶ Tertio ⁊ ad hoc est valde aduertendũ in hoc negotio quia dicta.l.ea lege.loquitur quando donans stetisset in meris finibus alienationis ⁊ sic quãdo solũmodo donans seu cõtrahens apposuit pactũ de non alienando ⁊ ad nihil aliud vltra processum fuit quo casu illo pacto non obstante etiã si donatarius alienet transfert dñium licet ipse teneatur ad interesse pacti non seruati hac potissima ratione quia cũ in eũ fuit translatum dominium ipse illud transtulit etiam alienãdo contra pactũ.l.si ita quis in.§.ea lege.ff.de verbo.obli.sed in proposito non est sic nam ad alia vltra processum fuit vltra alienationis prohibitionem quia fuit pactum conuentũ ⁊ sic cõcessum quod dicta villa esset regie corone quod nunquam ab ea exire posset sed deberet semper manere sub dominio suo ⁊ pro regibus successoribus suis qui post eos regnarent vt latius hec in verbis dictorum priuilegiorum Joannis ⁊ Henrrici continetur.Ex quibus verbis manifestissime colligitur dictam villam non solum prohibitam alienari sed etiam esse restitutioni subiectam regie corone ⁊ regibus ⁊ eorum successoribus huius regni quo casu impeditur dominij translatio nec habet locum dispositio.d.l.ea lege.ratio est euidens quia vbi res est subiecta restitutioni cum possidens non sit dominus nisi ad tẽpus vite sue ⁊ adhuc non plene dominus sed quodãmodo vsufrutuarius dominium perpetuum quod ipse non habet nõ potest trãsferre sed eo mortuo in illum qui est vocatus transfertur dominium ⁊ sic cessat dispositio

¶ Secundo quia cum iam dominium fuit translatum in dictum fratrem maiorem ⁊ ipse vendidit dicto Lope de Salinas et in eum transtulit dominium licet communi consensu discessissent dicti fratres a dicta sententia et concordia hoc non potuit parare preiudicium emptori in quo translatum fuit dominium cum non interuenit aliquis retrosimilis actus ad retransferendum dominium in dictum Joan. deb. nuebo nec in suum heredem. Hoc in venditione est expressum in. l. j. C. quando liceat ab emp. di. in fortioribus terminis inquit enim ibi tex. quod a venditione celebrata consensu eodem communi consensu recedi potest. Sed si vltra processum fuit ad traditionem licet communi consensu discedatur a venditione tamen nihil operatur quo ad trãslationem dominij nisi actus retrosimilis priori intercedit scilicet retradictio. vnde semper remanet dominus emptor: et per consequens poterit dominium quod habet in alium transferre nec ex resolutione dicti contractus venditori cõpetit actio in rem contra possessorem cum dominium fuit apud eum extinctum nec retranslatũ facit. l. ab emptione. §. j. ff. de pactis. et glo. in dicta. l. in parte potest. allegat pro concordantia dictam. l. si diuersa. C. de transactio. Unde licet communi consensu fuisset a transactione recessum vt aduocati clamant tamen quoad tertium possessorem in quem translatum fuit dominium: hoc non potest obesse dominio iam extincto in persona dicti Joan. deb. n. et sui heredis nec translato in eum per aliquem actum retradictionis priori similem. Et sic pro questione nostra est ibi casus iuncta glo. in quantum allegat dictam. l. si diuersa.

¶ Tertio pro hoc est casus in. l. cum precibus. C. de re. permu. vbi imperator statuit quod si inter duos facta fuit conuentio ex causa permutationis et vnus eorũ impleuit et tradidit alteri fundum ex dicta causa: alter autem veniens contra conuentionẽ non impleuit ex parte sua id quod ab eo erat implendum deciditur ibi qđ si ille non implens vendiderit seu alienauerit fundum sibi datum alter dominus fundi nõ habet actionem realem nec personalem contra emptorem sed solum contra eum cum quo contraxit prescriptis verbis ad hoc vt impleat quod promisit.

¶ Juuat ⁊ ad propositum dicta. l. ea lege. C. de cõdi. ob cau. vbi statutum est quod si donaui alicui fundum sub hoc pacto ne alienaret quod si non obstante pacto alienauit quod valuit alienatio quo ad transferẽdum dominiũ ⁊ mihi donãti non competit actio contra tertium possessorẽ: sed solummodo contra donatarium eo quia non

obtéperauit cōditioni imo cōtrauenit habeo cōditioné ob causam q̄ est personalis.
¶ Quarto quia proprie non potest dici quod isti fratres venerunt contra id quod est substantiale in transactione sed quia vendendo videntur venire contra modum appositum in dicta concordia scilicet quod dictus locus esset mayoradgo contra quod videntur venire vendendo. Sed isto casu defectus istius modi hoc operatur quod domino dat conditionem ob causam contra eos non implentes. casus est in.l. dictam.C.de condi.ob cau.sed conditio ob causam personalis est que non competit contra tertium possessorem cum conditiones abhorrent dominium per totum. C. et.ff.de condi.ob causam.

¶ Ad rem punctualiter accedens ex ante dictis recte intuēti manent dissolute quedam aduocatorum actoris allegationes que in imagine videntur aures demulcere. Inquiunt enim vbicunque recessum est a transactione per conuentionem actor redit ad primam veterem actionem.l.si diuersa.C.de transac.vbi pactum.cum glo.eo.titu.cum concordantijs.facit.l.siue apud acta.C.eo. ibi rerum vendicatione pendenti.vbi fortis tex.quod si actori transigenti cōpetebat rei vendicatio quod si reus veniat contra transactionem actor potest redire ad primeuam actionem.s.rei vendicationem. Unde inferunt quod cum iste Jo.deb.n.defunctus esset dominus certe partis illius loci: et sic haberet actionem in rem recisa transactione sibi et heredi suo competet illa actio in rem prima sibi competens ante transactionem quod fundamentum cum sit reale concludit etiam contra tertium possessorem. Ad que satis manet responsum predicta recolligendo et addendo.

¶ Primo quia dicta iura loquuntur in transactione vnde licet arbitramentum sit quedam transactio vt in aucten.vt differentes iudi.tamen non sic indistincte sumenda est licentia arguendi de vno casu ad alium maxime stante ratione diuersitatis de vno ad aliud/ arbitratus enim est trāsactio posita in fide alterius tertij. sed vera trāsactio in fide et electione suiipsius: inde transactio non reducitur ad arbitrium boni viri.ff.ad trebe.l.lucius.§.fina.tamen secus in arbitratu.multum enim refert vtrū contrahentes transigant formiter et specifice vt in dicta.l.lucius.aut informiter et implicite vt in arbitratore: vnde partes consentiendo in transactione non dicuntur sibi ipsis iniustitiam facere cum consentiunt in hoc et iniustitia non fiat volenti sed arbitrator dicitur iniustitiam facere si faciat quod iniustum est etiam si plenissimum habeat arbitrium.ff.manda.l.creditor.§.fina. et sic valde discrepant vt eleganter describit Bal.in.l.fina.§.sed si quis.in prin.C.communia de lega.

¶ Ad propositum cum hodie sententia arbitratoris ita emologatur per lapsum.x.dierum.Sic transit in rem iudicatam meretur executionem sicut sententia iudicis vt tex.dicit in.l.fina.titulo.iiij.ij.partita.cum ergo in hoc habeat vim sententie militabit glo.in dicta.l.si diuersa.que dicit quod illa lex non habet locum in sententia que non valet per consensum partium contra id quod semel iudicatū est licet valeat super eo de quo transactum est.et si dicas valebit in vim pacti vt.l.ij.C.communia vtr.iudi.respondet quod nullum pactum hic interuenit post dictam sententiam nec aliquod secundum compromissum vt Bal.ibi dicit per que partes recessissent a dicta prima sententia et concordia: vnde si lata esset sententia vt fuit in proposito quod aliqua villa sit mayoradgo et restitutioni subiecta descendentibus alicuius que sententia sit approbata et transisset in rem iudicatam: quod ex hoc qd possidens talem villam illam vendit recessum sit per hoc a sententia: non est lege cautum nec vnquā hoc relatum aut auditum est.

¶ Secundo quia iam actio prima erat extincta per dictam sententiam approbatã et per translationem dominij factam eius vigore in dictum fratrem maiorem quo casu cum ipso iure fuit prima actio extincta non resuscitatur etiam recissa transactione: sed debet agi conditione ob causam vel sine causa contra reum qui venit contra transactionem vt se reponat in pristinam obligationem. l. si quis accepto. ff. de cõdi. ob cau. secundum Bar. in dicta. l. si diuersa. sic intelligitur glo. de qua ibi idem Bar. in. l. pupilli. §. si cum pupilla. in fine. ff. de soluti. Sed vt ante dixi cum conditio ob causam sit personalis non datur contra tertium possessorem.

¶ Tertio quia predicta. l. si diuersa. z. l. siue apud acta. in quantum dicunt qđ potest actor redire ad veterem actionem loquuntur vbi agitur contra eundem possessorem cum quo celebrata fuit transactio. Sed vbi iam ipsi vendiderat contra tertium possessorem non datur ei regressus cum in eum fuit translatum dominium sed solummodo competit ei actio contra vẽditorem cum quo transegit actione personali vt in dicta. l. ea lege. z in. d. l. cũ precibus. ¶ Nec ob. si dicatur qđ ex transactione nõ perditur dominium cum actor posset intentare rei vendicationem si reus veniat contra transactionem vt est casus in dicta. l. siue apud acta. Si ergo non perdidit dominiũ a quocunq; poterit vendicare rem suam cum actio realis sequitur rem: z sic contra tertium possessorem poterit intentare actionem in rem et profecto aliquid grande videtur in superficie afferre hoc argumentum super quo exclamant aduocati et insurgunt contra sententiam nostram quasi aliquod magnum afferentes in medium ad eius impugnationem contra quos adduci posset illud Aristotelis in primo de celo respicientes ad pauca de facili enunciant. ¶ Ad quod est valde aduertendum et bene notandum quia respondeo quod illud est intelligendum quando actor qui fecit transactionem super re sua non possidebat eã sed alius eam possidebat cũ quo fecit transactionem vt aliquo sibi dato dimitteret illi dictam rem suam promittẽs eam amplius non petere ab eo quia tunc illo non seruante transactionem actor non perdidit dominium sed intentabit rei vendicationem primam sibi competentem. sic intelligitur dicta. l. siue apud acta. in quantum dicit/ rerum vendicatione pendente. ratio est quia tunc causa seu effectus transactionis non tendit ad tradendum et trãsferendum dominium sed solum ad cedendum liti z non petendum cum reus possideat z non actor vnde qui a rei vendicatione desistit ex sola desistentia non perdit dominium quoniam verba desistentie non fuerunt apta nata ad dominij translationem et sic intelligitur dicta. l. siue apud acta. sed vbicunq; actor transigens possidebat et ex causa transactionis dedit z transtulit fundum quem possidebat ipsi reo tũc dico quod ex tali transactione dictus actor perdidit dominium dicti fundi z transtulit dominium in eum cui dedit et non habet locum dicta. l. siue apud acta. et per consequens non potest intentare actionem in rem contra tertium cum dominium perdidit dato quod reus veniret contra transactionem. ratio est quia tunc cum transactio dirigatur ad tradendum: titulus transactionis est habilis ad dominij translationem. Iste est casus famosus per quẽ sic limitatur dicta. l. siue apud acta. in quantum loquitur de dominio non perdendo in. l. si profundo. C. de transa. quem tex. ad hoc valde extollit Bar. ibi z ad hoc etiã illum tex. solẽnizant legiste in. d. l. siue apud acta. z in. d. l. si profundo. inter quos est Ange. z Pau. Sali. et ceteri vtrobiq; cõcludentes ibi esse casum de toto hoc. §. quod contractus transactionis tribuit titulum possidenti z in reũ transfertur dominiũ in re que ex causa trãsactionis sibi traditur nõ in re que ex causa transactionis ei remittitur que ab eo retinetur. et due glo. sunt

intellectus ad l. siue apud acta. vsq; in fi. istius pagi.

singulares que hoc sic intelligunt ⁊ limitant vna in.l.penul.C.pro emp.alia in.l.j.ff. pro emp. ¶ Applicando ad causam sic fuit in proposito nostro quia ille Jo.de b.n. possidebat dictum locum eo possidente fuit lata dicta sententia communi consensu approbata quod esset mayoradgo et post mortem eius sine liberis deueniret ad fratrem suum maiorem qui erat.A.de.b.n. et ex dicto titulo traditus fuit dictus locus dicto.A.⁊ ad eum deuenit post mortem dicti Jo.de.b.n.sine filijs decedentis: vnde translatum fuit in eum dominium et perditum fuit ab alia parte ⁊ eius coherede ⁊ sic licet ventum sit contra translationem non redit ad rei vẽdicationem dominio perdito et per consequens non habet actionem in rem contra hunc tertium possessorem et sic manet euidentissime casus iste decisus per dictam.l.ea lege.⁊ per dictam.l.cum precibus.⁊ per dictam.l.j.C.quando liceat ab emp.di.iuncta glo.s.quod contra tertium possessorem qui emit non habet actionem in rem licet habeat actionẽ personalem contra non seruantem promissa. ¶ Nec ob.si dicatur qđ per sententiam arbitri non perditur dominium vt voluit Bal.in.l.j.§.j.fi. verbis. C. cõmunia de lega. per c.Raynaldus de testamen. Nam ad hoc facilis stat responsio tam ex eo quod cõmuniter Moderni reprobant illũ in.l. Pomponius.§.si iussu.ff.de acqui.posse.

¶ Item quia tex.per quẽ se fundat Bal.loquitur in arbitris qui preceperũt ne certa bona alienarentur nisi in certas personas. dicit ibi tex.quod nõ obstante illa prohibitione valuit legatum factũ de illis bonis/ et sic patet quod ex illa prohibitione ille prohibitus non perdidit dominium cum ea non obstante potuit alienare. iste nõ est casus noster sed est casus quod ex sententia possidens tradidit in dicto .c. tradidit contra prohibitionem ⁊ valuit traditio: quomodo enim debebat perdere dominium prohibitus ex prohibitione sibi facta de non alienando.itaqȝ nec Bal. gustat tex.nec facit ad propositum quod dicit.Item quia ille tex.loquitur in arbitro cuius sententie non paretur nisi metu pene/ideo hec fuit ratio qđ non obstante eius prohibitione potuerunt transferri bona vt dicit ibi glo.nos sumus in alio casu.s.in sententia arbitratoris ⁊ hodie sentẽtia arbitratoris per transitũ .x. dierũ emologatur ⁊ meretur executionẽ sicut sententia iudicis vt dicit tex.in.d.l.partite. sed ex sententia iudicis trãsfertur dominiũ.d.l. Pomponius.§.si iussu.ff.de acqui. posse. Item quia in proposito cessat omnis scrupulus indubitanter cum ista fuit sentẽtia arbitratoris que est transactio ⁊ adhuc fuit expresse per omnes approbata ⁊ sic ex cõmuni concordia ⁊ consensu interuenit traditio dicti loci fratri maiori post mortem Joan.de b. n. sed ex titulo transactionis transfertur dominium in eum cui res est tradita vt est ille casus singula.in.d.l.si profundo.C.de transa.quem proxime allegaui.

¶ Quarto quia cum ex dicta sententia ille qui est vocatus ad dictum locum ex dicto vinculo maiorie habeat actionem ad hoc vt sibi adimpleatur dicta conuentio et concordia nullo modo heres dicti Jo.de b.n.potest rescindere trãsactionem nec redire ad primeuam ⁊ veterem actionem. Iste est casus famosus in.l.si maior.C.de transa. et in.l.si profundo.C.eo.que iura valde extollit Paulus in dicta.l.si profundo. et in dicta.l.si maior.in fine ad limitationem omnium iurium dicentiũ quod si reus non adimpleat transactionem actor potest ad primeuam actionem redire quia hoc erit verum nisi actor haberet actionem seu remedium ad compellendum reum ad obseruantiam transactionis quia tunc nullo modo potest rescindere transactionẽ ⁊ redire ad actionem primeuam sed solũmodo agere vt obseruetur transactio et hoc odio litium ⁊ sic erit casus in quo quis potest se iuuare ex eo qđ impugnauit quod refert valde notandũ maxime obtinebit hoc in proposito vbi non impugnat transactionẽ

ille qui est vocatus ex ea/sed ille qui nullum pretendit interesse.
¶ Ultimo et incōuincibiliter licet presupponatur casus impossibilis quod hic cōmuni consensu fuisset recessum a transactione/et quod essemus in meris terminis transactionis que omnia non sunt: et ex hoc posset rediri ad primam et veterē actionem tamen dicta.l.si diuersa.et alia iura que habent vt communi consensu posset a transactione recedi et per consequens causam ex integro agi sic loquūtur et intelligenda sunt in preiudicium ipsorum qui communi consensu a transactione recesserunt sed in preiudicium illorum quibus iam erat ius adquisitum ex dicta sententia et transactione.s.omnium descendentiū qui iam erant vocati ex dicta dispositione maiorie non potuerunt ipsi resoluere transactionē et contractum seu sententiam antedictam cum tales descendentes in hoc non consentiant quibus ius erat spe adquisitū mediāte dispositione dicte.l.partite et thauri. ad quod facit famosus tex.in.l.profetitia.§.si quis certam.ff.de iure do.ibi conditione tenetur tex.et ibi Bal.ad litteram in.d.l.si constante.C.de do.ante nup.et hoc est quod omnes tenent contra Bar.in.d.§.Flauius.quos ante retuli per fundamenta vrgentia que breuitatis causa omittuntur.
¶ Item ostenditur hoc sine scrupulo si ex contractu irreuocabili donarē alicui rem post mortem meam si promisissem non reuocare non possem reuocare vulgaris tex.in.l.vbi ita donatur.ff.de donatio.ca.mor.Sed q̄ differentia erit ad propositum si dicam quod post mortem alterius talia bona deueniant ad talem vt sit in bonis maiorie quomodo poterit hoc vinculum reuocari in preiudiciū illius vocati post mortē alterius/et certe nulla vrgens ratio differētie posset assignari.et hec fuit intentio Pau.licet non ita clare loquatur in.l.si pecuniam.iij.colun.ff. de conditio.ob cau.
¶ Ad fundamenta Bar.in.d.§.Flauius.stat clara responsio.nam tex.in.d.§. flauius.et in.l.iij.ff.de serui.exportan.per que ipse mouetur loquūtur in casu in quo illi seruo non erat actio perfecta irreuocabiliter sed reuocabiliter.s.donec dominus perseueraret in eadem volūtate et sic oēs sequaces Bar.nesciētes euadere fundamenta que contra eum adducebantur in.d.§.Flauius.et alibi dicūt qd̄ casus in quo loquitur Bar.reuocabiliter erat quesita actio illi tertio qd̄ non est in nostro casu cum ex dicta sententia cōuentionis et concordia obligatus fuit dictus Jo.deb.n.eidē stare.et per consequens actio irreuocabilis fuit quesita dictis descendentibus vocatis.facit glo.in.l.intradictionibus.ff.de pactis.q̄ dicit quod in tradictione necessaria non potest apponi aliquod pactū/nec cōditio.

Ex predictis manet hic emptor possidens securus et si cedens aut cessionarius aliquod interesse pretendit ex non obseruata transactione agat contra eos cum quibus fuit celebrata transactio.nam tunc constabit nullum interesse pretendere.non ad dictū locum ratione maiorie cum ipse cedens non sit vocatus/non ad alia bona hereditaria cum constat per processum dictum Jo.deb.n.cuius est ipse heres occupasse omnia bona paterna/et dictū locū multo tēpore ita qd̄ multo amplius habet q̄p posset cōpetere ex paterna hereditate dicto Jo.deb.n.itaqz si ad collationem veniret cum eius fratribus coheredibus deberet eisdem magnam quantitatē restituere remanente adhuc cum eis dicto loco vt hoc petitum et probatū est in processu per fratres dicti Jo. deb.n.omnes coheredes patris sui. Rodericus.

Ut colligitur ex allegationibus per actorem factis: et ex instrumentis per eum productis: ipse fundare nititur intentionem suam ex quadam cessione et donatione: quam vocat causa mortis sibi facta a dicta sorore sua de omni portione hereditaria sibi competenti in bonis que a patre suo remanserunt: quam donationem dicit esse validam/ etiam si soror sua esset minor ex eo quia licitum est adulto testari: ergo eodē modo donare causa mortis: que videtur species ultime voluntatis. per textum qui videtur hoc determinare in .l.j. in princi. de tute. et ratio. distra. in tantum quod etiam si talis adultus haberet curatorem posset testari et donare causa mortis sine eius auctoritate de testamento non est dubium: de donatione causa mortis asserunt aliqui inter quos est Bal. in .l. si curatorem habens. C. de in integrum resti. mino. licet loquatur per verbū forte sequuntur eum ibi Moderniores per .l. cum hic status. §. si miles. de dona. inter vi. et vxo. et per .l. marcellus in princi. .ff. de donatio. cau. mor. aliquid ipse Bal. in dicta .l.j. ff. de tut. et ratio. distra. nec etiam aduersus testamentum per adultum factum competit restitutio in integrū vt voluit glo. et Bar. notanter in .l.j. in .§. fuit quesitum .ff. ad trebe. et Bal. in dicta .l.j. et in .l. si frater. C. qui testa. fa. po. facit textus singularis a quo capiunt fundamentum in .l. aurelio. in .§. gayus seyus cum adoleuisset. ff. de libe. lega. quem Bal. dicit vnicum in dicta .l.j. et in .c.j. in princi. per quos fiat inuesti. facit .l. cum pater. in .§. curatoris. ff. de lege secunda. ergo si dicta donatio fuit causa mortis et sic fuit valida nec ratione minoris etatis potuit infringi: cum dicta soror sua fuit monasterium ingressa et ibi fecit professionem habetur pro mortua .l. deo nobis. C. de epis. et cle. ergo dicta donatio morte ciuili secuta cōfirmata fuit vt in capitulo placuit. ij. xvj. questione. j. et ibi glosa de morte ciuili aliqd loquitur/ hec et alia vulgaria adduci possent proliriori calamo in auctoris fundamentum que prima facie demulcent aures tamen his non obstantibus affirmatur nullum ius actori ex dicta donatione competere.

¶ Primo negatur assumptum. s. ꝙ hec fuerit donatio causa mortis: imo fuit donatio inter viuos nam licet in ea fiat mentio mortis propter quod videtur donatio causa mortis .l. Seya. de donatio. cau. mor. melior tex. juncta glo. in .l. Seya. d' dote preleg. tamen ex verbis dicte donationis et ex clausulis in ea contentis constat eam esse donationem inter viuos: nam in ea expresse continetur ꝙ facit donationem puram/ perfectam/ non reuocabilem inter viuos: de omni portione hereditaria sibi competenti promisit illam nunquam reuocare constituit se nomine illius possidere si ergo in donatione continetur ꝙ donatur inter viuos cū clausula de non reuocando cum pacto constituti: cui dubium nisi ꝙ fuit donatio inter viuos secundum Bal. in .l. ij. C. de iure do. expresse dicentem: quod iura que dicunt vbi fit mentio mortis esse donationem causa mortis debere intelligi in casu dubio sed quando apparet quod animo donandi simpliciter seu inter viuos facta est donatio quia expresse dixit se donare inter viuos tūc non curamus an sit facta mentio mortis vel non sed censetur donatio inter viuos. idem tenet Bar. in .l. que dotis. ff. solu. matri. circa primam cōclusionem dum opponit de .l. cum marit⁹ in fine. ff. de pactis dota. expresse hoc decidit Bar. in .l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. in versi. quero aliquis vult facere. vbi Bar. querit quis erit modus si aliquis vult facere quod bona sua deueniant ad alium

post mortem suam.et glo.in.l.fina.C.de pactis.dicit quod per stipulationem promittat bona post mortem suam.l.j.C.vt actio.ab here.et contra he.et erit donatio causa mortis.dicit Bar.quod modicum consilium est quia potest reuocari donatio causa mortis:vnde consulit ipse quod faciat dictam promissionẽ animo donandi inter viuos si hoc animo fiat licet fiat mentio mortis et dicatur donasse post mortem.idem tenet Bar.in.l.fina.C.de pactis.bene facit.l.cum maritus.§.fina.ff.de pactis dota.secundum verum intellectum glo.quem cõmuniter approbant Doctores in.d.l.que dotis.

¶ Et sic ex dictis verbis apparet non esse insistendum que donatio sit ex quo donatrix aperte dicit se facere donationem inter viuos.Preterea dico quod etiam si expresse diceret se facere donationem causa mortis:tamen quia in dicta donatione fuit apposita clausula quod non posset reuocare donationem et sic promisit nullo casu reuocare nec venire contra dictam donationem ex hoc censetur donatio inter viuos.casus est vulgaris in.l.vbi ita donatur.ff.de donatio.cau.mor.et in.l.senatus.in.§.mortis causa.ff.eo.Bal.loquitur notabiliter super hoc in.l.ij.C.de iure do.et in.l.cum quis.ff.de condi.ob causam.et in.l.que dotis.ff.solu.matri.per glo.nota.in.l.sed interim.ff.de dona.inter vi.et vxo.in glo.super parte donatio.vbi glo.dicit quod quando donatio causa mortis fit vxori ita vt statim res donata sit sua et quod non posset reuocari quod hec talis donatio inter viuos iudicanda est et non solum si promisisset donans non reuocare vt fuit in proposito sed solum promisisset non contrauenire ex hoc redditur donatio inter viuos.vt voluit Bal.recte intuenti.in.d.l.cum quis.ff.de conditio.ob causam.licet corrupte in apostillis Alex.ad Bar.allegetur in oppositum sufficit quod hec est indubitata sententia quod vbi in donatione causa mortis apponitur pactum et promissio de non reuocando censetur donatio inter viuos.

¶ Nec obstat si dicatur quod hoc pactum videatur esse cõtra naturã contractus.s.donationis causa mortis que de sui natura est reuocabilis vsque ad mortẽ vnde videtur non valere iuxta.l.cum precario.ff.de preca.quia illud principiũ obtinet nisi illud pactum posset cadere in aliam speciem contractus.s.donationis inter viuos et sic tolleratur tanque donatio inter viuos secundum Doctores et sic debet intelligi tex.in.l.si alienam.in.§.marcellus.ff.de donatio.cau.mor.vbi tex.dicit potest quoque donari causa mortis vt nullo casu sit eius repetitio dicit glo.super parte casu.quod tunc proprie dicitur donari occasione mortis sed non est donatio causa mortis/sed inter viuos sic etiã debet intelligi in.d.l.senatus.sic quoque et ibi dicit glo.super parte donator.et hoc est quod Bar.dixit in.d.l.vbi ita donatur.quod ista verba dono causa mortis cum additamento promissionis de nõ reuocando non est inconueniens quod trahantur ad donationem inter viuos:et eo quia significatio verborum non repugnat nam intelliguntur dicta verba quod causa mortis hoc est propter causam mortis moueor ad donandum inter viuos:adeo quod non posset reuocare.vnde illa verba causa mortis sunt magis significatiua cause cõtractus quã quod significet nomẽ cõtractus.et hic est intentus Bar.in.d.l.vbi ita.et hoc satis probatur licet Bar.non allegetin.d.l.si alienã.in.§.marcellus.iũcta glo.sic fuit in proposito vt aperte ostendunt verba contractus:cum ergo hec fuit donatio inter viuos patet quod ipso iure non valuit ex quo donatrix erat minor et sub curatore:vt pars aduersa cõfitetur quo casu ipso iure non valuit casus est in.l.si curatorẽ habẽs.C.de in integrum resti.mino.

¶ Sed dato quod curatorem non haberet adhuc renunciatio seu donatio fuit inualida: eo quod ipsa cessit & renunciauit omne ius competens ad paternam hereditatem: & sic debet censeri quid immobile saltem habito respectu ad partem quam in rebus immobilibus consequi potuisset: vnde cum non potuisset res immobiles alienare sine decreto minime potest cedere nec transferre ius cõpetens ad rem immobilem sine decreto. glo. & docto. in. l. j. C. si aduer. transac. Dynus & Bar. in. l. potest pupillus. ff. de auto. tuto. l. si ad dissoluendam. C. de pre di. mino. communis est conclusio a Doctoribus in plerisque locis approbata. Preterea minor regulariter alienare non potest immobilia sine decreto. l. fi. in §. cum autem. C. si maior factus. tamen donare non potest etiam cum decreto casus est ibi: ratio quia in decreto debet subesse iusta causa. l. magis puto. in. §. ne passim. ff. de re. eorum. que iusta causa regulariter subesse non potest in donatione in tantum quod nec etiam potest dari curator ad auctorandum in donatione. l. ab agnato. ff. de cura. furio. & l. fina. ff. eo. titu. cum curator dandus sit iusta causa sed non est iusta causa dandi curatorem ad donãdum cum donare sit perdere. ff. de pactis. l. contra iuris. C. si filius secundum Bal. in. l. j. C. si aduer. donatio. & dato quod non habuerat curatorem nec fuerat facta donatio rei immobilis cum effectu nihil valuit renunciatio siue donatio ex quo potest restitui in integrum contra illam cum fuit lesa donando seu renunciando. per totum titu. C. si aduer. donatio. quia renunciationes quas faciunt minores de hereditate paterna vel de iuribus sibi pertinentibus non sunt efficaces quia cum eo ipso quod renunciauerint iuri suo ledantur: iubantur ope restitutionis in integrum. casus est in terminis in. l. j. C. de in integrum resti. in tantum quod vbicunque minor renunciat iuri sibi competenti ad hereditatem paternam restituitur contra talem renunciationem & ad obtinendum restitutionem in integrum non habet minor necesse probare de lesione quia satis est lesus eo quod renunciat & sic non habet necesse probare hereditatem patris esse locupletem. ista est glo. singularis in. l. j. C. de in integrũ resti. mino. quã ibi Bal. approbat & sequtũtur Moderniores reputantes hoc singulare. Preterea non fuit donatio insinuata.

¶ His & pluribus defectibus cum censeatur donatio inter viuos nec preiudicat reo nec prodest actori eo quia contra eam fuit petita & obtenta restitutio in integrum vt constat ex scriptura per. d. Franciscum in hoc processu producta.

¶ Sed posito quod hec iudicaretur donatio causa mortis dico negotium esse sine dubio vt ex sequentibus patet. Primo quia licet aliquibus visum fuit quod donatio causa mortis potest fieri ab adulto nec contra eam posset in integrum restitui vt de testamento Doctores nostri fatentur: tamen contrariam sententiã puto de iure veriorem & ne videar a me ipso loqui adduco Bal. in auctoré & testem in. c. j. in. §. ité sacraméta in. iiij. col. in fine de pace. iura. firmã. vbi expresse tenet quod licet adultus posset vltimam voluntatem absque iuramento disponere vt iura fatentur: tamen illud erit verum in mera voluntate vltima: secus tamé dicit in donatione causa mortis que nõ valebit nec cũ iuramento & sic Bal. est sibi cõtrarius & in vtraque opinione loquitur per verbũ forte. Preterea hãc conclusioné Bal. reperio referre & approbare Alex. in. l. ij. in fi. verbis. ff. de lega. j. dicés q̃ licet Bal. nihil alleget pro sui fundaméto tamé quod hoc posset decidi ex eo quod donatio causa mortis magis accedit cõtractui quam vltime volũtati. vt inquit glo. vulgaris & ibi probatur in. l. ij. ff. de dote prele. merito ergo in do-

natione causa mortis requiritur iuramentu ꝛ alia solénitas reqsita in cōtractu. ꝛ sic residet Alex. in hac opinione/ est verū qḋ ipse nō respōdit ad. d.l.j.ff. de tute. ꝛ ratio. distra. nec facit aliquā mentionē de Bar. qui illā allegauit ad opinionē contrariā in.l.tā his.in.§.fili⁹.ff.de dona.cau.mor. Ego respōdeo qḋ.d.l.si recte inspiciatur loq̃tur prohibitiue ponendo regulā prohibitiuā.s. qḋ q̄ueadmodum pupill⁹ nō potest testari cū auctoritate tutoris ita nec donare causa mortis qḋ clare cōcludunt verba tex. ibi nā sicut testamēti factio pupillis concessa non esset ita nec mortis quidē causa donationis permittēde sunt. Sed permissiue siue in actu permissiuo nil disponit tex. ꝛ sic ex dicta.l. nō potest sumi argumentū ad actū permissiue.s. quēadmodū adult⁹ potest testari ita etiā donare causa mortis ꝛ qḋ.d.l. loquatur solū prouidēs in pupillo. nostra questio loquitur in adulto ꝛ quia maxima differētia potest assignari de argumēto facto prohibitiue vt loquitur.d.l. ad argumentū permissiue vt asserūt Doctores quos ante retuli. Preterea hoc voluit sentire Bal.in.d.l.j. vbi dicit nota hic qḋ valet argumentū prohibitiue de testamento ad vltimā voluntatē.s. donationē causa mortis.s. vt qui non potest testari ex defectu etatis nec donare causa mortis. ad hanc regulam solum prohibitiue dicit ibi Joan. de ymo. non esse alibi in.l.ij.ff. de lega.j.

¶ Preterea corroboratur hec opinio quia quo ad ordinationem donatio causa mortis accedit cōtractui. vt ꝓbat glo.in.d.l.ij. de dote ꝑle. quā ad hoc in plerisq; locis pōderāt Doctores. idē Bal.in.l.ij. de lega.j. ꝛ in.l.cū quis.ff. de cōdi. ob cau. licet cōfirmationē dicatur esse vltima volūtas hoc cōstat ex eo qḋ fit per stipulationē vel traditionē.l.inter mortis. de dona.cau.mor. licet hodie nudo pacto.l.cū pater in.§.menio.ff. de lega.ij.ꝑ glo. hinc est ꝙ Bal.in.l. hac cōsultissima.pe.col. C. de testa. firmat ꝙ si statutū requirit certā solēnitatē in vltimis voluntatibus ꝙ cum donatio causa mortis nō sit vltima volūtas mere seruabitur in ea ius cōmune/ preterea accedat singulare consiliū Petri de Anch. numero.ccclxxxv. incipit dubiū in ista q̄stione facit mixtura donationis. vbi cōcludit ꝙ si mulier ꝑ formā statuti nō potest cōtrahere sine cōsensu viri ꝙ nec etiā potest donare causa mortis absq; eius cōsensu. mouetur ꝑ.d.glo. ꝛ quia negari nō potest secundū eū dictam donationē causam mortis esse contractū quo ad sui ordinationē: ꝛ per alia multa que vrgent in proposito/ cū ergo adult⁹ prohibetur donare vt supra dictū est ergo prohibetur causa mortis donare si habet curatorē vel restituetur in integrum contra eam vel si donabit immobilia nō valebit etiā cum decreto vt supra visum est in donatione inter viuos: ꝛ quanq̄ Pet. de Ancha. in dicto cōsilio fretus optimis fundamētis loquatur ex auctoritate sua ꝛ illū sequatur Alexā. in dicta.l.ij.ff. de lega.j. tamen hoc idē tenuit Bal. quē isti non allegant in.l.j.in.vj.col. ad finem de prohi.feu.alie.per federi. versi. quero si vasallo. vbi dicit ꝙ vbi nomē donationis ponitur a lege prohibitiue: etiā cōprehēditur donatio causa mortis: vnde infert ad statutum prohibens mulierem donare ꝙ nec etiam causa mortis poterit donare quia a quo remouetur genus ꝛ quelibet eius species remota intelligitur. probatur in.l. filius fami. in versi. pari ratione.ff. de dona.

¶ Est conclusio Bar. et omnium in plerisq; locis quod quantū ad solēnitatem substantialem in contractibus requisitam: donatio causa mortis magis accedit contractui quam vltime voluntati licet quo ad solēnitatem probatoriam vltime voluntati.l.fina. de donatio.cau.mor.

¶ Per p̄dicta ꝛ alia fuit cōsultū per Petrū germanū baldi. ꝛ per alios Docto

res perusinos q̄ solénitas req̄sita in testamēto ceci de qua in.l. hac cōsultissima. C.de testamé.nō habet locū in donatiōe causa mortis facta a ceco. cuius consilij reperio relatoré quendā Sozinū modernū filiū Mariā de senis in.l.j.in penul. col.ff.de leg.j.accedat tex.singu.in.l.alienū.in.§.donationis.ff.de verbo. signi. vbi tex.dicit donationis verbū simpliciter loquēdo oém donationé cōprehēdisse videtur siue mortis causa siue nō mortis causa fuerit. ꝛ ibi glo. singu. dicit q̄ȯ vbicūq̄ lex loq̄tur ꝓhibitiue donationé prohibēdo etiā videtur prohibere donationé causa mortis.ꝛ sic est ibi casus jūcta glo.pro decisione Bal.ꝛ Petri ȯ Ancha.cū ergo lex loq̄tur ꝓhibitiue prohibēdo alienationé ꝛ donationé fieri posse a minore etiā cū decreto vt antea dixi ergo etiam extēdetur ad donationé causa mortis. Preterea Bar.nō dicit q̄ minori nō cōpeteret in integrū restitutio contra donationé causa mortis solū loq̄tur in testamēto in.d.§.fuit quesitū.nec dicit q̄ si haberet curatoré posset donare causa mortis sine curatore. solus Bal. dixit hoc ꝛ trepidꝰ dubitās per verbū/forte/ ꝛ postea maturius cogitās mutauit opinionem quā supra recitaui. Preterea ratio quare minor nō restituitur cōtra testamentū ꝛ vltimā volūtaté est:quia nō leditur ex factione testamēti cū posset illud ad libitū reuocare.l.si quis in principio.ff.de lega.iij.ꝑ totū ti.de testam.ꝛ q̄. mo.test.infir.cū ergo auxilio ordinario esset ipse tutꝰ cessat auxiliū restitutionis in integrū q̄ȯ est extra ordinariū.l.in cause la.ij.de mino. Sic dicunt Moderni post antiquos in.d.§.fuit quesitū.ꝛ in.d.l.si curatoré.ꝛ Roma.in.l. si frater. C.q̄ testa.fa.po. Ista ratio cessat in ꝓposito cū non posset ad libitū reuocare secūdū clausulas ꝛ pacta apposita in donatione.s.de non reuocādo ꝛ alia: q̄ pacta valét in donatione causa mortisꝰ.vt dicit tex.in.l.si alienā.in.§.marcellꝰ.ff.de donatio. cau.mor.ꝛ impediūt reuocationé.vt ibi est casus licet tūc ꝓprius sit donatio inter viuosꝰ.vt ibi glo.ꝛ in.d.l. vbi ita donatur. Itē ꝓpter aliud cessat dicta ratio.s. q̄ in dicta donatione fuit apposita clausula cōstituti q̄ operatur traditioné.l.q̄ȯ meo.de acqui.posse.virtute cuiꝰ traditionis dicitur minor lesus etiā in donatiōe causa mortis.iste est casus singu.iūcta glo.in.l.j.ff.de tute.ꝛ ratio.distra.ibi enī est casus q̄ si tutor prestitit auctoritaté in pupillo ad faciendū donationé causa mortis:licet nihil valeat donatio:tamé pupillo tenetur ad interesse.dicit glo.sup parte permittēde.pupillꝰ quomodo seu ad quid agit cōtra tutorem ad interesse cū non fuit lesus quia potuit donationé reuocare. respondet q̄ fuit lesus in donando cum traditione. Preterea dico quod vbicūq̄ ex donatione causa mortis aliquā lesioné incurrit adultꝰ restituitur cōtra eam. hoc probatur clare ex theorica dicte glo.cū dicta glo.colligit clare ex ratione supradicta quā Doctores ponunt in ratione decidendi: quare adultꝰ non restituitur cōtra vltimā voluntaté nam dicunt q̄ȯ ideo est quod in nullo leditur cum posset ad libitū reuocare.si ergo facta professione non posset reuocare: vt aduocatus aduerse partis fatetur/ que deceptio maior/que lesio magis enormissima/que res tan aspera nec auditu digna q̄ȯ ipsa mulier nobilis ingressa monasteriū vbi tanta necessitas vrget maneret bonis suis spoliata ꝛ fame moreretur et frater bastardus bonis suis potiretur:rediculum est talia sentire nec iusto iudici decet super talibus dubitare. Preterea donatio causa mortis requirit ad sui formā presentiā donatarij.l.inter mortis.ff.de dona.cau.mor.que forma est cōtractus inter viuos ꝛ in hoc habet similitudinem contractus et non vltime voluntatis. Sed sic est quod ad hanc formam non potest venire minor nec alius prohibitus facere contractus inter

viuos ergo destructa forma ⁊ prohibita per contrariũ videtur prohibitus effectus eius ⁊ hoc fuit vnum ex motiuis Petri de Ancha.in dicto consilio.

¶ Cõcluditur ergo ex supradictis ꝙ aut hec fuit donatio inter viuos vel cã mortis vel lata pacto ⁊ clausulis dõ nõ reuocãdo qđ incidit in donationẽ inter viuos:⁊ planũ est non posse fieri ab adulto minore et posse restitui cõtra eam si reperitur aliquo casu valere. aut est donatio propria ⁊ mera causa mortis ⁊ sic ad libitum reuocabilis ⁊ tunc sunt opiniones de quibus ante ⁊ illa videtur verior ꝙ̃ supra defensaui:⁊ dato qđ alia opinio esset verior ꝙ hec esset donatio mera mortis causa ⁊ qđ posset fieri ab adulto etiã habente curatorẽ ⁊ cõtra eam non competeret restitutio in integrum adhuc procedit negotium absq; dubio ex eo quia si est reuocabilis ipsa illam reuocauit ⁊ adhuc petijt contra eam restitutionem que sibi concessa fuit ⁊ adhuc sine restitutione potuit illam reuocare cum donatio causa mortis sit ad libitum reuocabilis cum ergo reuocauit exclusus est actor. Sed dato quod non reuocasset eodem modo est exclusus cum ipsa donatrix viuit.

¶ Forte aduocatus actoris faciet magnũ fundamentum in professione facta per dictam sororẽ actoris hoc forte argumẽto vsus donatio causa mortis confirmatur seu recipit validitatẽ a morte donantis.sed ista est mortua per dictã professionem quo ad seculũ ergo cõfirmata est donatio.⁊ ꝙ per ingressũ monasterij professione facta quis fingatur mortuus probatur in.l.deo nobis.C.de episco.⁊ cle. ⁊ in auct.hec cõstitutio interp̃tatur.colla.vj.in prin.xij.q.j.nõ dicatis. bonꝰ tex. cũ glo.in.c.placuit el.ij.xvj.q.j.hoc fundamẽtũ clare tollitur nã dico ꝙ donatio causa mortis nõ confirmatur per mortẽ ciuilẽ:hoc est per professionẽ. sed solum per mortẽ naturalẽ. Primo facit tex.in.l.non videtur.ff.de dona.ca.mor.vbi tex. dicit non videtur perfecta donatio mortis causa facta anteꝙ̃ mors insequatur. ⁊ sic loquitur tex.de morte naturali. Preterea est casus naturalis ad litteram de hoc in.l.res vxoris.C.de dona.inter vi.⁊ vxo. in fine ibi fuit autem aque ⁊ igni ei interdictũ.vbi casus singularis. Nam donatio inter virum ⁊ vxorem habet in hoc similitudinem cum donatione causa mortis ꝙ morte cõfirmatur nec in vita censetur perfecta irreuocabiliter prout in donatiõe causa mortis dicit tex.in.d.l. non videtur:dicit ergo tex.in.d.l.res vxoris.ꝙ mortuo marito ciuiliter vt qa aque ⁊ igni ei interdictum sit:vel deportatus non tamen mors naturalis ex pena subsecuta ꝙ donatio irreuocabiliter non confirmatur tali more ciuili: ideo maritꝰ potest illã in vita reuocare.similis tex.in.l.sed si mors. ff. de dona.inter vi. ⁊ vxo. vbi tex.singulariter disponit ꝙ si vxori maritus fecit donationem causa mortis ⁊ ipse mortuus est ciuiliter eo quia deportatus: quod non confirmatur irreuocabiliter donatio sed mors naturalis expectanda est. verba singularia tex. in prin. ibi proinde ⁊ si mortis causa vxori donauerit iunctis verbis singularibus quasi ad finẽ ibi.ita tamẽ vt non adimatur marito licentia eam reuocare quia ⁊ mors eius spectanda est vt tunc plenissimã habeat firmitatẽ quando ab hac luce fuerit substractus.facit lex singularis in.l.ex ea parte in.§.insulã.ff.de verbo.obli. ibi insulam deportato reo promittẽdi stipulatio ita cõcepta cum morieris dari nõ nisi moriẽte eo cõmittitur.l.cum pater in.§.hereditatẽ.ff.de lega.ij.vbi est casus quod si aliquis est rogatus restituere hereditatem filijs suis cum moreretur intelligitur cum naturaliter moritur nõ per deportationem. Preterea hoc decidit glo.expresse in.l.j.ff.de testamen.ibi est casus qđ testamentum morte confirmatur dicit glo.in parte mortem naturalem non ciuilem.

¶ Preterea est cōmunis sententia qȯ licet ante ingressum monasterij quis posset disponere de rebꝰ suis.l.generaliter.C.de sacro san.eccle.et in auct.ingressi.ꝛ in auct.si qua mulier.eo.titulo.cum vulgaribus tamen talis dispositio seu vltima volūtas non confirmatur facta professione sed debet expectari mors naturalis:ꝛ in vita eius monasterium debet habere bona monachi non heres eius dato qȯ ipse non reuocasset dispositioné suam.ita dicit Bar.in aucté.si qua mulier.C.de sacro san.eccle.iiij.colū.versi. anteq̄. dicens ꝙ si monachus ante ingressum monasterij testatus est de bonis qȯ heres institutus in testamento non habebit bona statim facta professione sed spectabitur mors naturalis monachi: vnde interim erit in pendenti hereditas: qȯ potest ante mori heres quā testatorꝛ sic bona erūt monasterij iure caduci.ar.l.status.ff.de iure fis. Hanc conclusionem reperio sequi Specu.in titulo de sta.mona.in versi.quinquagesimo queritur.idem Bal.ibi in addi.incipienti nunc de testaméti s. dicens qȯ semper monasterium debet tenere bona donec mors naturalis monachi sequatur non eius heres.idem Sali.ꝛ Bal.in.d.auct.si qua mulier.ibi legitima/ vbi videtur casus de hoc qȯ filij etiā ad petendam legitimā de iure ciuili debent expectare morté patris naturalé licet in hoc de legitima aliud videatur de equitate canonica vt in.c.cum simus.de regula. in qua est diuersa ratio vt in pluribus locis disputatur super intellectu illius.c. predictā sententiā sequitur Bar.in.l.j.ff.de testa. dicens qȯ sola morte naturali non ciuili cōfirmatur vltima volūtas disposita ab aliquo:infert qȯ si monachus ante ingressum fecerit testamentū qȯ propter professioné que est mors ciuilis non confirmatur sed sola morte naturali si ingrediatur professioné que potest habere bona in cōmuni quia potest succedere: ergo non habetur pro mortuo.idem Cinus in dicta auct.si qua mulier. ꝛ in.l.deo nobis.Bal.ꝛ Ange.ꝛ Joā.de ymo.in.l.j.ff.de testamé.quorū aliqui affirmant hoc esse verum in tantū quod etiam si esset tale monasteriū qȯ non posset habere bona in cōmuni qȯ adhuc in vita monachi non habebit heres bona sed ecclesia Romana vel venientes ab intestato.idem Bar.Bal.Joan.de ymo.ꝛ Ange.in.l.cum pater in.§.hereditatem.ff.de lega.ij.et sic omnes legiste sunt in hac opinione. In tantū qȯ Joan.de ymo.eleganter in.l.j.ff.de testamé. dicit predicta obtinere etiam eo casu quo quis faceret testamentū cogitans de ingressu religionis ꝛ voluit ꝛ ordinauit disposita statim sortiri effectū: quod si faceret mentioné de morte vt fuit hic quia dixit qȯ donabat causa mortis intelligitur qȯ solū dispositio sua sortiatur effectū statim post morté naturalé non post solam professionem: de qua latius ibi omnes Canoniste.sequitur etiā hanc opinioné Abb. post Anto.ꝛ alios antiquos in.c. in presentia.de proba.xvj.colū. in versi.sed quia supra visum est.vbi ad litteram vt moris sui est transit cum decisione Bar.dicens quod heres seu quicunq̄ alius qui aliquid debet capere ex testamento seu vltima dispositione alicuius vel sine testamento non debeat habere immediate post ingressum ꝛ professionem:sed debet spectare mortem naturalem monachi si saltem illa religio in communi potest habere bona ꝛ hoc reputatur congruum ne monasterium debeat mendicare.Communis est omniū senté tia vbicunq̄ aliquis ingreditur tale monasterium quod in cōmuni potest bona possidere vt in proposito.ꝛ est casus expressus in donatione causa mortis.in.d.l.sed si mors.ꝛ expresse Archidia.in dicto.c.placuit.ij.xvj.q.j. dicens quod promissum causa mortis non debetur:nisi mors naturalis intercedat. ꝛ loquitur expresse in donatione causa mor-

tis.⁊ Cinus expresse in.d.l.res vxoris.dicit qd nunq̄ donatio causa mortis equiparatur legato quo ad confirmationē nisi per mortem naturalē non ciuilem vt.l. cum hic statutus.in.§.si maritus de dona.inter vi.⁊ vxo.

¶ Omnes isti capiunt fundamentū in quadā theorica que probat propositū nostrum.s.ꝙ vbicunq̄ mors ciuilis operatur eundē effectū quod naturalis et post mortem ciuilē nil potest euenire quod plus operetur tunc: idem operatur mors ciuilis quod naturalis.⁊ sic intelligitur.d.l.res vxoris.in.j.respōso. nam ibi tex. dicit quod si marito mortuo ciuiliter per talem dānationem perdit ciuitatē ⁊ libertatem.confirmatur donatio ab eo vxori facta.ratio est quia talis mors ciuilis operatur et habet eundem effectū sicut mors naturalis per damnationem in metallum.de qua loquitur dicta.l. propter quā seruus efficitur dissoluitur matrimonium eo quia seruus est pene: ⁊ sic non est quod amplius possit operari mors naturalis quia matrimoniū quod iam dissolutum est amplius dissolui nō potest. in aucten.de nup.in.§.si distraxerit. maxime ꝙ dicta.l. res vxoris. in.j. responso non habet locū in donatione causa mortis quia illa non confirmatur sed irritatur per mortem ciuilē ex qua amittitur ciuitas ⁊ libertas,vt ibi dicit glo. ⁊ Docto. aut non operatur eundē effectū mors ciuilis sicut naturalis vt in proposito quia monachus comedit eget victu ⁊ vestitu ⁊ alijs necessarijs ⁊ quod monasterium in cōmuni potest habere bona ⁊ sic monachus in communi gaudet bonis suis ⁊ tunc mors ciuilis non equiparatur naturali . hoc totum probatur in. d. l. res vxoris.⁊ ibi hanc theoricā sequuntur Sali.⁊ Bar.idē Cinus ⁊ Bal. ⁊ Sali. in.d.l.deo nobis.C.de epis ⁊ cle.Bar.in.d.l.ex ea.in.§.insulā.de verbo.obliga. Jaco.butri.notāter in auct.ingressi.Bar.in auct.si qua mulier.⁊ ibi alij.Abb.in dicto.c.in presentia.⁊ oēs alij quos ante retuli in dictis locis ⁊ alijs.Hinc est ꝙ licet vsus fructus finitur morte tamē si quis ingrediatur monasteriū non finitur cum ibi debeat alimētari ⁊ sic durabit apud monasteriū donec naturaliter viuat ingrediēs glo.in.d.auct.ingressi.Specula.de statu mona.versi.xlviij.Docto.in. l.cū filio de lega.j.Canoniste in.d.c.in presentia.xix.q.iij.in.c.si qua.Bal.in.c.q cleric⁹.in fi.si de feu.fu.contro.inter do.et agna. Hinc est qd post multa cōsuluit Petr⁹ de Ancha.in consi.cclxxiij.incipit pro et contra rationes.qd pacta dotalia super lucro dotis delato a lege.vel ex pacto alteri cōiugi super viuēti nō haberet locū nisi in morte naturali non ciuili altero ingresso monasteriū facta professione. Nam licet talis dicatur mortuus tamē hoc est improprie cū ꝓfessus corpore viuit/vsum rerū habet/loqtur/testificatur/comedit/exercet oēs actus naturales.de quo latius Docto.ibi ⁊ in.d.l.deo nobis.Hinc est ꝙ mors ciuilis resultās ex ingressu monasterij nō facit monachū haberi pro vero mortuo nec quo ad ea d̄ quib⁹ nō reperitur in iure expressum.hoc sentit glo.notā.in.d.c.placuit. xvj.q.j.⁊ glo.in.c.susceptū.d̄ rescrip.lib.vj.in versi.nō morte.Bal.in.d.auc.si qua mulier.Joā.de Jmo.in.d.§.insulā.Petr⁹ de Ancha.⁊ Jmo.in rubrica. d̄ testamen.Hinc est ꝙ Alexā.in.ij.volu.cōsilio.cxxix.consuluit qd licet morte filie cōsolidetur actio de dote in patrē.l.dos a patre.C.solu.matri.l. iure succursum cum simili.ff.de iure do.tamē hoc esset verū si naturaliter mortua esset secus si ciuiliter puta quia ingressa esset monasteriū ⁊ professionem ibi fecisset.

¶ Omnibus his adhuc cessantibus stat casus sine dubio. Primo quia licet inter Doctores varie disceptetur vtrum testamentū factum ante ingressum rūpatur per professionē tanq̄ agnatione filij.quam opinionē tenuit glo. in.d.auctē. si

¶ Septimo faciunt pulchra verba Hostié.in.c.ij.de arbi.cui⁹ verba sunt hec Nonne iste clericus de quo hic erat spoliatus ergo videtur ꝙ cõpromissum ab eo factũ nec iuramentũ non valuit vt in.c.sollicite.ꝛ in.c.super hoc.dicit ille/verum est quod de rigore iuris non valet sed hic valuit de equitate. vult dicere qð ideo valuit cõpromissum in.d.c.quia fouebat maximã equitaté cũ ille cleric⁹ spoliat⁹ forte cõmiserat tale delictũ propter qð parũ ei duraret restitutio possessionis vt in.c.ad petitionem.de accusa. Nam iudices cõpromissarij dixerũt huic clerico ad quid vis vt restituatur tibi possessio statim est tibi auferenda cum perdidisti beneficiũ propter tale delictũ a te cõmissum:melius est ergo vt aliquid accipias. ꝛ pro hoc põderatur tex.ibi in fine ibi.si arbitriũ ipsum noueris equitate subnixum.non dicit tex.si noueris iure subnixũ:sed equitate. concludit ꝙ licet cõpromissum factũ ab spoliato non valet tamen si sententia contineat equitaté tollerabitur.ꝛ ista fuit causa quare ibi valuit cõpromissum. Ecce ergo ꝙ cõpromissum factũ ab spoliato non valet ꝛ presumitur inuoluntarium per tex.dicti.c.sollicite. Hanc sententiã sequitur Ioan.and. in.d.c.ij.in nouella. Hoc idem Anto.in.ij. oppositio.respondés sic ad dictũ.c.secundũ.attende qð verba Anto.in.d.c.ij in iiij.colu.ij.oppo.sunt hec. Secũdo oppono ꝙ non posset equitate niti cõpromissum:hic enim spoliat⁹ fecit cõpromissum ꝛ sic tanq̃ inuolũtariũ nõ valet vt in.c. sollicite.de resti.spo.solutio/illud de rigore/hic de equitate. forsan enim cõmiserat tale crimé propter qð tale parũ ei duraret restitutio.de accusa.c.ad petitioné. ꝛ licet auctore suppresso loquãtur maxime Anto.qui dicit qð propterea non fuit clerico restituta possessio obstãte cõpromisso quia cõmiserat delictũ propter qð parũ ei duraret.vt in.d.c.ad petitioné.tamé totũ hoc habuerũt originaliter ab Hostié.qui melius omnib⁹ loquitur. Sed prodolendũ qð Iuniores scribentes nominib⁹ antiquorũ tacitis multa sibi attribuũt:qð nõ est fiendũ vbi laus recte queritur:secundũ Bal.in.l.precib⁹.C.de impu.ꝛ alijs.ꝛ ipse multotiens facit incidens in foueã. Hinc tanta librorũ copia/Collectari⁹ ꝛ Henrric⁹ in.d.c.ij.de arbi.nihil dicũt. Frãciscus ibi dicit qð spoliat⁹ sup vnica re quã habet nõ potest cõpromittere:licet nũc nõ viderim Frãcis. hec fundaméta tendũt in hanc parté.

¶ Pro alia parte faciũt sequētia. Primo facit tex.in.d.c.ij.de arbi.& ibi Abb. ij.colu.dicit nota & tene menti qd valet cōpromissum factũ ab exulante & inopiā suam sustinere non valente tenet non mero iure: dũmodo arbitriũ non posset notari aliqua intrinseca iniquitate. & plus probatur hic qd valet compromissum de rebus que sunt in loco vbi quis tute morari non potest. Subdit Abb. vj. nota. secundũ alium intellectum quod clericus beneficio spoliatus potest super illo beneficio compromittere. & licet Hostien.hic dicat quod de rigore iuris non valet tale compromissum. ar.c. sollicite. tamen valet de equitate vt hic. Ego teneo quod de tali re subtracta potest compromitti tam in arbitrum quā in arbitratorem/de arbitro probatur quia de re subtracta potest spoliatus litigare. c. super hoc.de renun. & arbitria sunt ad instar iudiciorum redacta. facit.l.j.ff.de arbi. respectu arbitrorum probatur: quia semper re subtracta potest quis compositionem facere. iuxta notata per Innocen.in.c. super hoc.de renun. Ergo cum arbitramentum sit quedam compositio vt in auct.si vero contigerit.C.de iudicijs. ergo &c.non ob.c.sollicite.quia loquitur in renunciante. Hec Abb. litteraliter in dicto.c.ij.vbi aperte videtur cōcludere ꝙ cōpromissum nō cēsetur inuoluntarium quia factũ ab spoliato: & sic crudeliter sine aliqua distinctione trāsiuit ostēdens se magis laicum ꝙ̄ clericum in rigore dicte questionis.

¶ Faciat secũdo glo.in.d.c.sollicite.in principio vbi glo.dicit ꝙ in.d.c.non fuit renunciatũ possessorio.melior glo.ibi super parte/quia nō est verisimile.ꝗ dicit ꝙ dispositio dicti.c. prouidēs qd non obstet renũciatio agenti possessorio non est ex metus presumptione: sed priuilegiũ spoliati qd non est super proprietate recōueniendus.conclusio glo.stat in duobus.primũ qd non presumitur renunciatio inuoluntaria etiā si fiat ab spoliato & post spoliationē. secundũ qd ratio dispositionis dicti.c.sollicite.non fuit illa de qua in tex.non est verisimile ꝙ sponte &c.sed quia renunciauit petitorio vnde non ob. sibi agenti possessorio propter priuilegium spoliati quod est: vt non posset reconueniri super proprietate.

¶ Tertio facit quia si spoliatꝰ renũciauit proprietati seu iuri suo & postea agat rei vendicatione vel alio remedio petitorio contra eum spoliātem obstabit & preiudicabit sibi renunciatio ab eo facta etiam post spoliationem. ita dicit notāter glo.in dicto.c.sollicite.in parte/quia nō est verisimile.ibi. Verior est solutio.vbi glo.mouendo contrarium de.c.accepta.eo.titu.dicit verior est solutio: quod ibi agebatur petitorio & possessorio: et propterea obstat sibi renunciatio. hoc tenet Innocen.in.c.super hoc.de renun.in fina.verbis: cuius verba sunt hec. Cum agitur possessorio non sunt admittende probationes quod post spoliationē sponte resignauit.j.de resti.spolia.c.sollicite.sed si petitorio ageretur simul admitterētur vtriusꝙ probationes.l.ij.C.quod me.cau.l. si ob turpem. de condi. ob turpē cau. Idem Innocen.in.d.c.sollicite.cuius verba sunt hec. Nec sequens decretalis.s.c.accepta.contradicit: quia ibi intendebat petitorium. hic autem possessorio recuperande agebat si enim petitorio egisset: vt rei vendicatione/tunc tantum super renunciatione reciperentur testes. Hoc idem Joan.and.in nouella. in dicto.c.sollicite.dicens vnum non omitto quod et si renunciatio non preiudicat renuncianti quoad possessoriũ: tamen quoad petitorium sic.c. qd in dubijs. de renun. hos sequuntur Antō.& Abb.in.d.c.sollicite.

¶ Et sic manet quod preiudicat renunciatio si ageretur petitorio: ergo nō presumitur inuoluntaria quia facta ab spoliato: quia si hoc esset sic/non obstaret in

petitorio sicut in possessorio. Sed secundu istos dispositio dicti. c. sollicite. non emanauit ex metus presumptione sed quia renunciauit iuri suo ꝛ sic proprietati. Unde hoc non obstat in possessorio ꝓpter eius priuilegium quod non admittit exceptionem seu reconuentionem proprietatis.

¶ Ex quibꝰ infero qꝺ si spoliatꝰ renūciaret possessorio expsse qꝺ ei pjudicat. Allego ad hoc Abb. in.d.c.sollicite. in fine dicenté qꝺ si factū fuit pactū ipsi spoliatori de nō agendo possessorio qꝺ talis exceptio obstabit agenti possessorio ꝛ hoc quādo pactū fuit factū post spoliationé secꝰ si ante quia tūc daret materiā delinquédi ꝛ dolus futurꝰ remitti nō potest.l.j.ff. de posi. plus dicit in fina.verbis qꝺ si spoliatus presente aduersario renunciasset iuri agédi possessorio obstaret sibi exceptio licet non renunciasset iuri qꝺ habet in se: ꝛ ista fuit finalis intétio Abb. in hac materia. Hoc sequitur Innocé.in.d.c.sollicite.dicens qꝺ vbicunqꝫ renūcians per renunciationé amittit possessioné obstat ei renunciatio in possessorio. idem Innocen.in.c.super hoc.de renun.ij.colun.cuius verba sunt hec. Si auté reus vellet dicere tu sponte post spoliationé renunciasti non iuri tuo sed petitioni restitutionis per pactū bene posset. Hoc sequitur Anto. in.c.fina.de ordi.cogni.vj.colun. versi. alius est casus vbi Anto. dicit alius est casus in quo agens possessorio repellitur puta quando opponitur pactū de non petendo vel de non agédo possessorio per.d.c.accepta. sequitur Innocé.secundū eum ꝛ in.d.c.sollicite.ꝛ in.c.super hoc.ꝛ Calde.ibi restrinxit ad aliā restitutioné alterius rei quā coniugis quia illi non obstaret pactū.vt dicit glo.in.c.in litteris in.iij.glo.de resti.spolia.ꝛ ita quieuit Anto.licet in.c.sollicite.aliter sentiat.vt.j.dicā. quia Anto.in.d.c.sollicite.vj.colun.in fine dicit hec verba per que puto qꝺ si presente parte renunciasset illi iuri.s.persone sue coherenti quia est vnde vi: vel etiā pactum fecisset de non agédo possessorio: illa exceptio admittetur ꝛ obstabit renuncianti agenti possessorio.ꝛ sic proprie secundū eum loquitur Inno. in.d.c. super hoc. in glo.super verbo/reposcentibus. qué ego proxime allegaui. Refert etiā sic tenere Calde.in.d.c.fina.de ordi.cogni.in.v.opposi. excepto eo qꝺ de restitutione coniugis supra retuli: quia etiam illud refert Anto.in dicto.c.sollicite.

¶ Facit etiā ad predicta decisio singularis Rote decisione.cccxciij.dicétis secūdum Anto. ꝙ contra agenté possessorio etiā in beneficiali obstat exceptio iuramenti de non molestādo possessoré: allegat.c.peruenit.a cōtrario sensu de iureiu.ꝛ.c.ad nostrā.ꝛ.c.j.de resti.spolia. Item quia hoc iuramentū potest saluari sine interitu salutis eterne/de iureiu.si vero.non ob.secundū eum ꝙ hoc iuramentū post spoliationé presumatur dolo/vel metu exortū: quia hec pſumptio potest purgari: vt si in instrumento publico quod ꝓduceretur appareret quod sponte renunciauit vt quia in instrumento continetur quod sponte/ꝛ ex certa sciétia ꝛc. nec dolo ꝛ fraude: ꝛ quod illud iuramentum secundum eos: non solum extendatur ad molestationem iuris sed etiam facti.

¶ Faciat etiā quod dixit Lappus allegatione.xxv. quod si pars anteqꝫ spoliaretur constituit procuratorem ad renunciandum qui renunciauit postqꝫ fuit spoliatus: qꝺ talis exceptio obstat agenti possessorio quia hec renūciatio trahitur ad possessioné ex méte renūciantis.ꝛ ita refert Anto. has Rote ꝛ Lappi allegationes in.d.c.sollicite.vj.ꝛ.vij.colu. Hāc decisioné Rote etiā recitat Abb.ad literam vt supra in.d.c.sollicite. in fine licet non faciat aliquam mentioné de Anto.ꝛ etiā Abb.ibi penul.colu.cōmemorat dictā Lappi allegationé.

¶ Faciat ad predicta tex.in.c.accepta.de resti.spo.quē dicti Docto.allegāt ad fundamentū dicte cōclusionis licet videri meo hoc non probat.

¶ Faciat etiā glo.singula.in.c.ex insinuatione de procura.que tenet hanc opinionē super parte/canonicū.dicit glo.puta pactū de non petendo restitutionē. illam glo.cōmendant ꝛ allegant ad hoc Anto.ꝛ Abb.in.d.c.sollicite.ꝛ Rota in dicta decisione ꝛ Anto.in.d.c.fina.licet mihi nō probet clare quia ibi tex.dicit ꝙ virtute sententie late cōtra procuratorē reuocatū:fuit ablata alicui beneficij possessio qȯ constito de reuocatione debet eidē restitui possessio nisi aliud canonicū non impediat.glo.ibi dicit.puta pactum de non petēdo restitutionē post sententiam.ꝛ sic ibi non fuit spoliatus.sed si vis tenere dictā glo.dic qȯ bene fuit spoliatus etiā a iudice ex eo quia sententia lata cum procuratore reuocato fuit mandata executioni ꝛ eius vigore ablata possessio.aliam glo.allegant in.c.admonet de renun.Ego non reperio eam in libro meo.

¶ Allego etiam singularem glo.que hoc tenet.iij.q.j.in summa.vbi glo.numerat multos casus in quibus spoliato non est facienda restitutio et inter alios dicit glo.item obstat spoliato exceptio iurisiurandi vel pacti secundum quosdam vt extra de resti.spo.c.accepta.

¶ Quid respondendū ad.d.c.sollicite.ꝛ que fuit ratio decidendi ad illū tex.glo.in.dicto.c.sollicite.sentit quod renunciando iuri suo visus fuit renunciare proprietati ꝛ contra agentem possessorio non admittitur proprietatis exceptio.ꝛ qȯ ista fuit ratio decisionis illius tex.hoc sentit Anto.ibi.ij.colu.in secundo nota.dicens/nota quod exceptio solum concludens defectum proprietatis in agente recuperande non ob.agenti possessorio quia renunciando post spoliationem trahitur renunciatio ad possessionē quam perdiderat.clarius post glo.dicit Anto.ibi iij.ꝛ.iiij.colu.in.iij.oppo.quod si renūciatio opponitur quod fuit facta ante spoliationem hec potest opponi ꝛ obstat agenti possessorio quia detrahit petitorio ꝛ possessorio quia per renunciationem perdita est possessio ꝛ proprietas.l.si quis vi.§.differentia.ff.de acqui posse.ꝛ sic cum non possideat cessat spoliatio.quādo autem renunciatio facta fuit post spoliationem cum iam fuerit spoliatus possessionem quam habebat renunciare non intendebat ꝛ sic ordinatur ad tollendam solam proprietatem quam habebat:ꝛ si dicatur renūciando rem videtur habere rem pro derelicto ergo videtur voluisse perdere omne ius ad rem vel possessionem vendicandam vt.d.§.differentia.dic quod renuncians bene habet pro derelicto ius reale rei coherenti non personale vt interdictum vnde vi.hec Anto.hec fuerunt de mente Innocen.quanꝙ Abb.ꝛ Anto.videātur sibi attribuere.dicit Innocen.in dicto.c.super hoc.iij.colu.de renun.Sed quare reus potest excipere de renunciatione precedente spoliationem ꝛ non de renunciatione post spoliationem.Respondeo quia ex quo renunciauit ante amisit possessionē quā primo habebat ꝛ ita desinit possidere cum ergo hic non possideat ex eo quia renunciauit ꝛ ad hoc vt habeat interdictum vnde vi requiritur qȯ probet se possedisse tempore spoliationis admittitur exceptio rei sed in renunciatione que sequitur spoliationem secus cum in veritate tunc possideret cum fuit spoliatus et sic per renunciationem non amisit possessionem quam non habebat.hec omnia tenet Abb.reddendo omnes has rationes in.d.c.sollicite.iij.ꝛ.iiij.colu.ꝛ in hanc sententiam scribentes concordant.ex quibus resultat secundum eos qȯ finalis ratio dicti.c.non fuit metus sed supradicta que retuli.

¶ Considerandum nunc & subtiliter quia si hoc est verum quod ibi nō presumitur metus sed solū quia renunciando iuri suo visus fuit renunciare proprietati & non possessioni. Certum est qđ debebat obstare agēti possessorio quanq̄ renunciatum esset possessorio & renunciatio non extenderet se ad possessionem quā non habebat quia cum iste renuncians beneficio nullum ius habet ad proprietatē beneficij notorium est qđ in beneficialibus nunq̄ fit restitutio si in iudicio vel alias notorie constaret de defectu proprietatis. iuxta notata per Innoc. in. c. constitutus. et in. c. quoniam. de fili. presby. c. cum ecclesia. de cau. posse. & proprie. maxime in beneficialibus in quibus sufficit ad impediendā restitutionē defectus tituli & petentem esse exclusum: licet non fundetur dominium in persona excipientis. iuxta notata per glo. in. c. ad decimas. de resti. spo. in. vj. Itaq̄ si renunciatio fuit spontanea in. d. c. sollicite. de necessitate debemus dicere qđ etiam si solum extendatur ad petitorium obstet agenti possessorio per defectum proprietatis in petente que causatur ex dicta renunciatione & sic videtur qđ a fortiori renunciatio presumatur metu facta. Hoc visum fuit fortissimum argumentum do. Abb. in dicto. c. sollicite. iiij. colun. versi. contra hanc lecturam sic defensatā soluit Abb. qđ in dicto. c. sollicite. non probatur qđ renunciatio beneficij fuisset facta in manibus superioris quia quādo renūciatio fit in manibus nō superioris non perditur ius quod habebat in beneficio / imo talis renunciatio non tenet iuxta notata per Docto. in. c. quod in dubijs. de renun. & sic cessat defectus proprietatis dato q̄ renunciatio fuisset spontanea. Intentio sua est quanq̄ ille non se intelligit q̄ vbi ex renūciatione proprietatis causatur defectus proprietatis notorie: qđ tunc talis renūciatio licet non cōcludat ad possessoriū: obstat agēti recuperāde ex defectu proprietatis notorie. Pro hoc facit doctrina dn̄i Anto. in. c. in litteris. de resti. spolia. vbi dicit q̄ agenti possessorio in beneficialib⁹ obstat exceptio renūciationis iudicialis q2 notoria est. & hoc approbat Abb. in. d. c. sollicite. iij. colun. ver. et sic posset / & sic se expedit Abb. quodāmodo dicēs se vltra alios mouere dictā opinionē. Certe meli⁹ & clari⁹ loquitur Anto. a quo ipse habuit in dicto. c. in litteris. xxiij. colu. ver. ex his infertur. vbi aperte cōcordat sic. d. c. sollicite. cū. d. c. accepta. vt Abb. concordauit. qui dixit q̄ in. d. c. accepta. propterea obstabat renūciatio q2 fuit facta in manu superioris. verba dn̄i Anto. sunt hec in dicto. c. in litteris. q̄ exceptio renunciationis iudicialis q2 illa notoria est obstat agenti possessorio in beneficialib⁹. vt supra. c. accepta. nō in alijs prophanis vbi debet intentū fundare in psona excipiētis. Ex predictis secūdū Anto. & Abb. in dicto. c. sollicite. & in. d. c. in litteris. per Anto. habes pulchrā limitationē & intellectū ad. d. c. sollicite. q̄ etiā si renūciatio non extēdatur ad possessoriū ex mente renūciantis & ex natura verborū: tamen si ex tali renūciatione causetur notorius defectus proprietatis / puta quia facta in iudicio / vel in manib⁹ superioris tunc obstet agenti recuperande: & ita intelligitur. c. acceptā. & hoc p regulā / q̄ agēti recuperāde obstet notorius defect⁹ proprietatis etiā in beneficialibus licet non fundetur ius in persona excipiētis vt in. d. c. ad decimas. hec Abb. in. d. c. sollicite. & Anto. ibi. melius in dicto. c. in litteris. & hec in beneficialibus.

¶ In prophanis stat clara responsio quia etiam si dicta renunciatio fuit spontanea non obstat agenti possessorio quia per renunciationem licet ego perdam proprietatē tamē nō acquiritur alteri. notat Bar. in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acqui. possessio. sed in pphanis nō obstat exceptio pprietatis nisi fundet

dominiũ in persona excipiẽtis.vt dicit glo.in.d.c.ad decimas.de resti.spo.in.vj. ⁊ Abb.Anto.⁊ omnes in.d.c.in litteris.de resti.spoli. ex quo infertur qđ si renũciatio esset tali modo facta qđ per eam sit translatũ ius in aliũ vt quando renunciauit et cessit aduersario omnia iura sua.tunc enim exceptio defectus proprietatis obstat agenti ⁊ fundat intentionẽ aduersarij ⁊ sic talis renunciatio etiã si non ordinetur ad renunciandũ possessorio obstat agenti interdicto recuperãde. ita dicit Abb.in.d.c.sollicite.iij.colun.vbi nisi renunciatio esset facta ⁊.iiij.colũ.ibi ego puto hoc verum.⁊ loquitur Abb.tanq̃ a se ipso quia dicit ego puto:sed hoc videtur esse de mẽte domini Anto.in.d.c.sollicite.v.colun.ibi ideo secundo soluit vbi dicit qđ in.d.c.renunciatio. non habuit in se causam acquirendi per respectum ad possidentem nec ad ei parandum titulum.melius ⁊ elegantius loquitur Anto.in dicto.c.accepta. allegans decisionẽ Rote decisione.ljx.que tenet q̃ permutanti obstat exceptio renunciationis si agat possessorio quia renunciatio habet causam tenendi ⁊ quia tunc concludit ad possessorium ⁊ quia voluntarie renunciauit. Hec fuerunt elegãtia verba domini Anto.idem dñs Anto.in.c. in litteris de resti.spo.xxiij.colun.vbi dicit in beneficialibus exceptio iudicialis renunciationis quia notoria est obstat agenti possessorio/in prophanis secus cum ex sola renunciatione non acquiritur ius alteri.secũdũ Bar.in.d.§.nihil cõmune.C.de trãsla.l.siue apud.l.si profundo.l.pe.C.pro emp.nota.ff.pro emp.l.j.nisi tali modo fieret q̃ titulo transferret: vt quãdo renũciat ⁊ cedit aduersario iura. ⁊ per hoc patet qđ exceptio iurisiurãdi vel pacti iudicialis obstat agẽti possessorio q̃r notoriũ est scđm distinctionẽ supra proxime positã.⁊ sic potest intelligi glo. iij.q.j.in summa. Hec fuerũt elegãtia verba Anto.ad litterã.⁊ ita aut Abb. hec non vidit aut si vidit trãsportauit de vno loco ad aliũ pessime sibi appropiãs tanquã Anto.limitãs ⁊ certe inuectiua dign⁹ est Abb.qui nõ fuit dign⁹ soluere corrigiã calciamẽti dñi Anto.⁊ eũ sepissime inaduertẽter reprobat ⁊ sepius eius dicta tacendo sibi appropiat detrahens laudẽ auctoritati ⁊ illustri ingenio do.Anto.debitã.ex quib⁹ habes pulchre intellectũ dicti.c.sollicite.

¶ Faciat etiam ad defensam huius opinionis id quod dicit Abb.in.c.ij. de arbitris.referens Innocen.in.c.super hoc.de renun. quod super re subtracta potest fieri compositio ⁊ concordia.

¶ Faciat qđ dicit Anto.in.c.j.de restitu.spo.dicẽs qđ cõtra spoliatũ admittitur exceptio cõcludẽs ad possessoriũ vnde scđm eũ dicit Rota decisione.cliij.qđ si rector parochialis ecclesie agat possessorio recuperãde pro decimis terrarũ in sua parochia cõsistentiũ quib⁹ dicit se per aliquos spoliatũ a quinq̃ annis citra:et religiosi ad exclusionẽ possessorij dẽt articulos qđ per centũ annos ⁊ citra ⁊ vltra per tantũ temp⁹ cuius initij memoria nõ extitit fuerũt in quasi possessione precipiẽdi ⁊ a prestatiõe liberi ⁊ immunes/admittitur hec exceptio nõ obstãte qđ illis resistit ius. Nec obstat.c.ad decimas.de resti.spolia.quia illud loquitur in agẽte hic in excipiẽte ad retinendã possessionẽ ⁊ ad excludendũ possessoriũ.

¶ Faciat ad predicta quod super re subtracta posset fieri compositio et concordia.l.post decisionẽ. C.de furtis. ibi post decisionem furti leges agi prohibent. iuncta glo.prima que dicit qđ lis fuit decisa per transactionẽ/probatur ibi quod si non transegisti/ex quo apparet qđ valuit transactio super furto.mirũ est quod Abb.Anto.nec Innocen.non allegauerunt illum tex. ad illam opinionẽ quam supra retuli qđ super re subtracta posset fieri transactio ⁊ concordia.

¶ Faciat etiam ad predictam opinionem quod renūciatio possessorij facta ab spoliato valeat et qd nō presumatur inuoluntariū tex. multū nota. in. l. si vnus. §. pacta. ff. de pactis. vbi postq̄ tex. dicit qd nō valet pactū ne agam furti vel iniuriarum dicit tex. sed post admissa hec pacisci possumus.

¶ Faciat etiam tex. singularis in expresso ibi iūcta glo. in versi. Itē ne experiar interdicto vnde vi quatenus publicam causam contingit pacisci non possumus. dicit ibi eleganter glo. super parte/quatenus. quod ante violentiam pactum factum non valet postea sic. et hunc tex. licet non ita bene allegauit Innocen. pro sua opinione in dicto. c. super hoc. et Abb. et Anto. in. d. c. sollicite.

¶ Ego vltra oēs allego. d. l. post decisionē. C. de furtis. et. l. si tibi. x. §. qdā actiōes. ff. de pactis. ibi qdā actiones p pactū ipso iure tollūtur vt iniuriarū: itē furti.

¶ Faciat etiā nota. tex. in. l. iurisgentiū. §. si paciscar. de pactis. ibi. sed ad rem familiarem respiciunt pacisci licet/et ibi nam et de furto pacisci lex permittit et ibi glo. dicit de furto. s. iam facto nō de futuro cum illud inuitaret ad delinquendū facit. l. ob res. ff. de pactis dota. ibi ob res quoq̄ donatas vel amotas tunc facta pactio valebit id est post diuortium.

¶ Faciat tex. singularis magis in expresso in. l. si donationis. C. de donatio. vbi casus nota. qd ex causa donationis si aliquis remisit alicui actionē furti quod valet remissio: et fur non potest conueniri super re subtracta.

¶ Faciat etiā quod Bar. dicit in. d. §. si paciscar. per illum tex. qd valet pactū per quod tollitur ius priuati sibi publica auctoritate concessum secus ad tollendum ius publicū. et iste est casus ibi et si partim pertineat ad ius publicum partim ad priuatū respectu priuati valet respectu publici non. ita dicit glo. in dicto §. si paciscar. quam Bar. ibi cōmendat in tantum qd actiones descendentes ex maleficio per pactū ipso iure tollūtur vt dicit nota. tex. in. d. §. quedā. et per illū tex. dicit Bal. ibi nota argumentū ex hoc. §. arguendo de ciuilib9 ad criminalia quod per concordiam ipso iure tollitur accusatio et inquisitio vnde non est opus exceptione sed solū productio concordie Bal.

¶ Facit elegās verbū Bal. in. l. iurisgentiū §. sed si paciscar. el. j. in finalib9 verbis. ff. de pactis. dicētis quod licet de furto et incēdio nō posset fieri cōcordia ex forma statuti hoc intelligitur quantū ad penā fiscalē sed bene valet cōcordia quantum ad dāni remissionē. ar. glo. in quantū ibi dicit pro priuato tenet. hoc videtur sentire glo. et ibi Bal. in. §. sed si paciscar. el. ij. vbi Bal. dicit nota. qd licet de accusatione furti nō valeat cōcordia: per statutū tamē valebit quantū ad reseruationē furti nō quantū ad penā criminalē. probat glo. ibi in fine.

¶ Facit etiam singulare verbū eiusdem Bal. in. l. si tibi. §. quedam. ff. de pactis. dicens quod ille qui remittit iniuriam non videtur remittere damnum. ff. de iniurijs. l. sed si vnius. §. si ante. et ideo dicit ille sis cautus quod in instrumento cōcordie facias dāna remitti et interesse si vis qd sit pene remissio: et sic patet quod si expsse fiat concordia de eo quod per vim arreptum est valet.

¶ Ad predicta facit singularis cōclusio Sali. post Jaco. but. in. l. post decisionē. C. de fur. qui tenet reprobando glo. illius. l. qd si transactio facta sit super actione furti et super furto non solum tollitur actio furti ad penam sed etiam conditio furtiua ad rei persecutionem. probatur in. l. si duo. §. idem Julianus. ff. de iure iu. et. l. duobus. §. colonus. ff. eo. titu. et ibi glo. idem sentit Bal. in. l. terminato. in princi. C. de fructi. et liti. expensis.

¶ Faciat ad predicta dictū Bal.in.l.interpositas.C.d trāsa.in.iij.nota.dicētis nota qd nō presumitur met⁹ ex eo qd quis ledatur vel remittat id qd nō est verisimile remitti.⁊ probat tex.famosus in.d.l.ibi ad vim tamē vel dolū arguēdū qualitas cause principalis nō sufficit iūcta glo.sup parte qualitas ver.vel tertio vbi glo.dicit qd dicebat ita se iustā ⁊ liquidā habuisse causam vt nō sit verisimile trāsigisse qr forte habebat instrumēta quib⁹ sufficienter poterat probare intentionē suā.qui tex.ad hāc opinionē est singularissim⁹.⁊ ibi Sali. dicit nota qd ad pbādum metū non sufficit probare quasdā verisimilitudines vel hominis coniecturas. ideo secundū eos errant qui dicūt qd domini Cardinales vltra mōtani nō est verisimile qd eligissent citra montanū:nisi metus ⁊ impressio eis facta fuisset.
¶ Facit etiā qd Alexā.de Jmo.in.d.l.interpositas.in.iij.nota. dixit colligi ex dicto tex.qd nō presumitur met⁹ ex eo qd quis magnū dedit pro modico.
¶ Facit.l.dol⁹.C.de res.vēdi.⁊ licet loqtur auctore suppsso certe hoc tenebit ibi doctor supm⁹ Bar.dicēs nota ꝙ nō psumitur met⁹ si qs rē valentē maximā quātitatē vēdat parua quātitate.licet Ange.are.in.§.qdrupli.insti. de actio.dicat ꝙ Bar.dixerit cōtrariū certe corrupte allegat:imo Bar.tenet id qd nūc retuli.
¶ Quid in tāto opinionū cōflictu mihi eligā/de⁹ aperiat ⁊ inherēs eqtati q̄ precipua debet esse in causarū determinationib⁹.Ego sic dico qd regula gñalis sit qd cōtract⁹ fact⁹ ab spoliato sup re de qua est spoliat⁹ bene valet:⁊ eo ipso ꝙ spoliat⁹/ nō psumitur met⁹ pter hoc solū qr esset maximū iugū legib⁹ imponere q̄ apte pmiserūt facere pactū/trāsactionē/ ⁊ alios cōtract⁹ sup spolijs/ furtis/ et alijs delictis:⁊ sic intelligātur iura ⁊ fundamēta p me superi⁹ adducta / si tamē iūcto cū spolio sint alie cōiecture ⁊ verisimilitudines inspōtanee volūtatis. puta qr spoliat⁹ renūciauit modico vel nihilo sibi dato ⁊ erat defect⁹ iustitie spoliat⁹ homo pauper oppressus/spolians homo diues habens fauorē ⁊ parētelam. his et alijs coniecturatis iuncto cum spoliatione inducerent presumptionē metus/ et inspontanee renunciationis/venditionis/seu trāsactionis.et sic intelligatur tex.in dicto.c.super hoc.et.c.sollicite.nec loquor ex capite. Jmo hec fuit intentio domini Anto.in dicto.c.sollicite.viij.colū.cuius verba sunt hec. Jtaqꝫ secundum omnes trahitur renunciatio ad possessorium quādo renunciare voluit possessor.et quanqꝫ hic intellectus defendatur / tamen tex.assignat aliam rationem quia hec exceptio hic non admittatur quasi inuoluntaria presumatur et coacta a defectu spei possessionis recuperande.Ex quo dabitur pro regula quod habebit possessorium hoc aliud priuilegium quod vbicunqꝫ contra agentem possessorio opponitur aliqua exceptio non verisimilis etiam dato qd concludat ad possessorium vbi multe sunt presumptiones contra eam repellitur opponens ⁊ non admittetur exceptio nisi tali casu concludatur quod habet in se verisimilitudinē vt est renunciatio:quia si fiat post spoliationem semper presumitur inuolūtaria. sed huic obuiat de renunciat. super hoc.vbi exceptio spontanee renunciationis admittitur tamen non est verisimilis vt ibi notatur / dic quod ibi opponitur petitorio quod non est in hoc priuilegiatum.hic opponitur possessorio et iudicio de facili expedibili et tali casu repellitur longa contentio legis quis ad se fundum. secundum hoc non deberet admitti exceptio spontanee renunciationis etiam facte ante spoliationem contra textum hic nam non est verisimile quod quis renunciat beneficio multis laboribus ⁊ sudorib⁹ acquisito maxime in quo viuere debet:sed dic ꝙ licet non sit verisimilis tunc tamen maiorē habet presumptionē

cõtra se post spoliationē. Si ergo nõ habet verisimilitudinē bene admittitur sed cũ cause cognitione vt.d.c.super hoc.si magnã presumptionē vt quãdo renũciat post spoliationē quare presumitur qd ex defectu spei possessionis recuperande renũciet nõ admittitur in possessorio de facili expedibili in petitorio sic tetigit glo. prima in princi.⁊ glo.ij.dicēs ꝙ ante spoliationē licet p̄sumatur cõtra renũciationē nõ tamē est presũptio iuris ⁊ de iure:si post sic.nõ puto etiã si post spoliationē renũciet qd fit presũptio iuris ⁊ de iure. Ideo puto qd si allegatur aliq̃ verisimilitudo:vt q̄ corã iudice:vel q̄ sane nõ morabatur:vel inimicitias haberet:vel pũgiebatur cõsciētia admitteretur exceptio:dũmodo cõcluderet ad possessoriũ: alias nõ.⁊ sic potest saluari iste intellect⁹.sentit Rota vbi sup̃.notat glo.de renũciatiõe.c.sup hoc.hec fuerũt verba.do.Anto.q̃ satis coadiuuãt meã opinionē licet eisdē verbis Anto.videtur magis inclinare qd presũptio semp sit qd presumatur in spõtanea renũciatio ⁊ p vim facta nisi cõprobetur p aliq̄s cõiecturas inducentes spõtaneã voluntatē. Sed tu tene distinctionē meã ⁊ põdero quia ista fuit intētio dicti.c.sollicite.q̄ ibi nõ dixit tex.qd nõ valuit renũciatio tanq̄ metu facta nec etiã tex.fundauit se sup certo dicēs qd presumatur inuolũtaria renũciatio ex eo q̄ facta ab spoliato cũ hoc esset cõtra ius sed dixit qd nõ est verisimile qd spõte renũciasset ex quo erat spoliat⁹ q̃ verisimilitudo cõsiderãda est ex aliis coniecturis per me supradictis iuncto cum spolio ⁊ ita residebit hoc in boni iudicis arbitrio considerata personarũ ⁊ temporũ ⁊ rerũ qualitate et conditione quod reputo nota. Et cum in nostro casu cõcurrerint dicte qualitates certe presumitur absq̄ dubio cõpromissum inuoluntariũ ⁊ sic fuit iudicatum.

Additio auctoris.

¶ Adde predictis Abb.in.d.c.sollicite.v.colũ.vbi recitat dictã opinio. Anto. ad litterã ⁊ post eã recitãdã dicit sic. Et quãq̄ hec lectura prima facie videtur demulcere aures tamē nõ ꝓcedit de iure q̄a primo sentit ꝙ si q̄s renũciat bñficio ꝓpter defectũ spei possessiõis cõsequēde ꝙ possit agere possessorio et restituitur sibi beneficiũ qd est falsũ q̄ nullibi ꝓbatur ꝙ talis defect⁹ spei ex quo alia solēnia interueniũt habeat impedire vires renũciatiõis imo poti⁹ ꝓbatur cõtrariũ Itē ex alio impugnatur eo ꝙ sentit ꝙ renũciatio post spoliationē si spõtanee esset facta ⁊ cõcluderet ad possessionē quia repellitur eo q̄ nõ est verisimile certe hoc est falsum per ea q̃ supradixi. Non enim potest referri ad possessionē quã nõ habebat ⁊ in quãtũ dicit qd in hoc possessoriũ habebit aliud p̄uilegiũ qd exceptio nõ est verisimilis.⁊c. Dico qd hoc casu nõ est speciale in possessorio imo idē in petitorio vt exceptio nõ verisimilis etiã si cõcluderet si esset vera non debeat admitti nisi precedat aliq̃lis cause cognitio ad obfuscãdã illã presũptionē nõ verisimilitudinis vt in.c.q̄ verisimile.de presump.l.nõ est verisimile.qd me.cau.hec Abb.q̃ verba mihi vidētur cõtraria q̄ in principio dicit ꝙ renũciatio nullo modo p̄sumatur inuolũtaria eo q̄ post spoliationē. Postea dicit qd exceptio nõ verisimilis modo cõcludat in petitorio vel in possessorio nõ admittitur nisi exigãtur presũptiones purgatiue nõ verisimilitudinis. Forte Abb.intellexit hũc secũdũ casum qñ iũcto cũ spolio cõcurrerēt alie presumptiones inuolũtarie ⁊ sic in effectu tenet opinionē Antonij.

Rodericus Suares.

Allegatio vigesima quarta.

Verum reuerentia patris erga filiũ mariti in vxorem/episcopi in subditum inducat iustum metum. Et quia materia est quotidiana prosequar eam. Et primo solet allegari glo. singularis et vulgaris in.l.j.§.que onorãde.ff.quarum re.acti.non datur.que videtur tenere quod sic: dicens quod si mulier metu vel nimia reuerentia mariti renũciat/vendit/vel hypothecat rem/quod non valeat venditio tanꝗ metu facta. Idem de clerico metu episcopi licet non interueniat corporis cruciatus licet in clerico glo.ibi requirat metum et reuerentiam Joan.de Immo.in.c.causam matrimonij.in fine de officio dele.dicit quod opinio dicte glo.est equa cum de facili non possunt probari mine vel verbera que fiunt per virum vxori/licet secundum eum Docto.non teneant eã. Petrus de Ancha.in responsione.c.si propter.ꝺ rescrip.lib.vj.cõmemorat diebus suis fuisse dubitatum in consilio Venetorum de quadam muliere a marito molestata vt eum heredem institueret/ipsa accessit ad domum cuiusdam consanguinei sui ꝛ sibi narrauit/et fecit testamentum et apposuit clausulas derogatorias exprimens causas molestie/rediens ad domum fecit aliud testamentum ad mariti libitum nec apposuit clausulam derogatoriam primi testamenti ea mortua fuit dubitatum quod testamentum valeret: fuit per dictum consilium determinatum in fauorem secundi testamenti: moti fuerunt sententiantes quia in illa ciuitate viuitur cum summa puritate ꝛ cum plena libertate.finaliter dicit Petrus ꝺ Ancha.quod extra illum locum aliter esset dicendũ et ita videtur tenere opinioné glo.extra dictam ciuitatem.

¶ Adde Andre. Siculum qui eleganter et copiose attigit hanc questionem in dicto.c.causam matrimonij.de offi.de lega.in princi.per tres et quatuor colũnas et aliquibus in medium relatis tenet opinioné glo.in casu quo mulier contraxit cum marito vel ad cõmodum eius quia rescinditur contractus ex sola reuerentia/mouetur ex eo quod legitur Genesis sub potestate viri eris.ꝛ in.c.hec imago.et in.c.manifestum.xxxiij.q.v.dicitur quod vxor est pene famula viri et subdita viro.et glo.in.c.quemadmodum de iureiu.quod vir potest verberare ꝛ vxorem castigare. Item allegat tex.in.l.si quis cum sciret.ff.de furtis.ꝛ dicit quod miratur de glo.in.d.§.onerande.quod non allegauit dictam.l.pro dicto suo.allegat etiam.l.si cum dotem.§.eo autem tempore.soluto matri.vbi ille qui non contradicit propter reuerentiam non presumitur consentire.allegat etiam tex.a contrario sensu in.l.transactionem.C.de transac.vbi non presumitur transactio facta per metum si fit in presentia cõsanguineorum ergo a contrario sensu si non interuenissent presumeretur metus ex reuerentia/ad.c.quamuis pactum. Respondet primo quod loquitur in loco vbi viuitur cum maxima libertate vel quia ibi consecuta erat dotem ꝛ ita nihil preiudicat imo prodest renunciatio vel quia procedat eo casu quo qualitas mariti excludit metum/ꝛ ita quieuit dictus Doctor solennis cum decisione dicte glo.temperando quando contractus factus fuit cum marito vel ad eius vtilitatem.gloriatur more suo nunquam se meminisse examinatum dictum passum melius quam a se si viuus fuerat viderat nunc longe melius eius examinationem.

¶ Ego post hoc allego Bar.in.d.§.que onerande.qui expresse dicit quod dicta glo.dicit veritatem: sed rescindetur contractus per officium iudicis ꝓpter nimiam reuerentiam quam habet vxor ad virum/clericus ad episcopum. simile

dicit esse casum in.l.fi.§.j.& in.l.nõ est verisimile.§.sed si fenerator.ff. qd me.ca. facit.l.metũ.eo.titu.l.interpositas.C.de transa/dicit tñ qd marit⁹ p̄sumitur metus/sed requiritur qd mine vel verbera precesserunt & illud cũ illa qualitate qd marit⁹ vel maior vel episcop⁹ faciũt presumi iustũ metũ/tenet ergo Bar. qd non presumatur met⁹ tamē reuerētia est sufficiēs ad rescindendũ contractũ per officium iudicis & ita in effectu sequitur glo.licet nõ per actionē qd met⁹ causa: sed officio iudicis.hoc idē tenet Bar.ad litterã in.l.metũ.la prima.ff.qd me.ca.Idē Bar.in.l.nõ est verisimile.§.sed si fenerator.ff.qd me.ca. vbi Bar.precise dicit q illa reuerentia inducit metũ ad rescindendũ per officiũ iudicis.

¶ Adde Bal.in.l.interpositas.C.de transa. vbi dicit nota qd si vxor facit aliqd propter minas sibi factas a marito rescinditur officio iudicis vt.d.§. que onerande.& ibi videtur sentire qd non sola reuerentia.

¶ Adde Bar.in.l.ad inuidiã.C.qd me.cau.dicentē qd si mulier vendit propter metum mariti est iusta causa rescindendi contractum vt.d.§. que onerande/tamen iste metus non probatur eo ipso quod est maritus ar.huius.l.sed est necesse quod probentur verbera vel mine vt.l.proxima.& per Innocen.in.c. accedens. de conuer.coniuga.& ita tenet quod sufficiunt verbera.

¶ Adde Bal.in.l.interpositas.C.de transa.dicens in.ij.colun.adde q id qd fit propter nimiã reuerentiã vt quia filia refutat patri propter nimiã reuerentiã rescinditur ac si fieret propter metũ per.d.§.que onerande.allegat etiam.l.penul. ff.de furtis.quã Andre.Sicu.auctore suppresso allegauit pro opinione sua & ita Bal.videtur indistincte tenere dictã glo.Hãc opinionē indistincte sequitur Sali.ibi approbans glo.dicti.§.que onerande.

¶ Adde Bar.in.l.transactionē.C.de transa.quē ibi sequitur Bal. dicentes qd licet vxor vel filia presumatur aliquid facere propter nimiam reuerentiam vt.d. §.que onerande/tamen si adhibeantur consanguinei & amici presumitur omnis metus & reuerentiã cessare quod est nota/& ita approbant glo.nisi amici vel consanguinei interuenissent/Hanc sententiã sequitur Sali.in.d.l.trãsactionē/licet dicat eleganter esse verum in vxore quia in filio dicit non cessare reuerentiã etiã si adhibeantur cõsanguinei vel amici cum nulla reuerētia corquetur paterne.l. veluti.ff.de iusti.& iu.que est famosa extensio ad glo.d.§. que onerãde.quod habeat locum in filia licet contrahat in presentia amicorum vel consanguineorum & hoc illustre ingeniũ illius Moderni Siculi exclamantis reprobauit in.c.causam matrimonij.dicentis q hec differentia de vxore ad filiũ confunditur per.c. quamuis pactum.de pactis.lib.vj. vbi valuit contractus factus a filio cum patre quemadmodũ ab vxore cum marito.c.cum contingat.de iureiu. sed opinio Sali.est verior & eam teneo per iura ab eo allegata.

¶ Adde Ludo.Ro.in.l.si cum dotē.§.eo antē tempore.ff.soluto ma. tenentem quod si filius vel vxor contraxit cum patre vel marito qd contractus rescindatur per metum reuerentialem per tex.d.§.que onerande/Si autem contrahat cum alio propter reuerentiam patris & tunc secus.& ita approbat glo.quando contrahitur cum patre & hoc per.l.si patre cogente.de ritu nup.

¶ Adde etiam Bal.in.§.item sacramenta.de pace iura.fir. vbi hoc idem videtur tenere dicens quod quidam est metus tacitus puta domini vel parentis cui non audet contradicere.allegat dictum.§.que onerande.& d.l.penul.ff.de furt. Adde textum qui hoc probat in.c.cum virum.de regula.in fine.& quod ibi dicit.

Anto. Nam puella que coacta imperio patris virginitatis habitũ suscepit potest illũ sine preuaricatione deserere quia nõ ligauit eã. vnde dicit ibi elegãter Anto. volo te notare qõ parentũ imperiũ causat sufficienté metũ ad inualidandum actũ a libera volũtate pendenté qõ est nota. ꝛ hoc de matrimonio spirituali. tenet etiã Bar. in. d. §. que onerande. in fine vnico verbo.

¶ Adde Bar. in. l. iij. ff. si quis aliqué testa. pro. vbi loquens in testaméto approbat glo. in. d. §. que onerande. ꝛ sentit ꝙ talis reuerentia annullaret testamentũ per officiũ iudicis nisi testamentũ fieret in presentia consanguineorũ vel amicorum quia tunc cessat metus vt supra dictum est ꝛ ita tenet id qõ tenuit in. d. §. que onerande. ꝛ est solennis decisio ad hodierna testamenta que fiunt per vxores in maritorũ fauoré ꝛ hanc determinationé non vidit Barba. dum allegauit in. c. causam matrimonij. questioné que de facto contingit apud consiliũ Venetorum de quodã testamento a muliere molestata a viro facto.

¶ Adde etiam Bal. eleganter in. l. pactũ qõ dotali. ij. colu. versi. venio. ad. q. vbi eleganter dicit quod si filia renunciat successioni metu vel nimia reuerentia patris dicit quod rescinditur renunciatio dum tamen petat absolutionem a iuramento allegat. d. §. que onerande. ꝛ. l. penul. ff. de fur. Adde Bal. in. l. j. fin. colũ. C. de bonis mater. vbi dicit esse glosam singularem in dicto. §. que onerande. quod silentium propter patris reuerentiam interueniens potius reputatur cõtradictio quã consensus.

¶ Facit etiã elegans glo. in. c. presens clericus. xx. q. iij. que tenet qõ licet matrimoniũ carnale non videtur dato ꝙ sit contractũ propter reuerentiã paternã. l. si patre cogente. ff. de ritu nup. secus in matrimonio spirituali. quã glo. dicit Jmo. non esse alibi in. l. si cum doté. §. eo auté tépore. ff. solu. ma. quia voluntariũ militem ꝛ non coactum elegit Christus. xiiij. q. v. si quid inuenisti. ꝛ hec sunt valde notanda ad ea que quotidie contingunt propter reuerentiã paternã ingrediuntur monasteriũ an vicietur ingressus vel professio. ꝛ ita transit Jmo. nil plus nec determinãdo illud vltimũ ꝛ ita tanꝗ merus relator trãsiuit Alexan. de Jmo. in dicto. §. que onerande. simpliciter referendo verba Jmo. super dicto matrimonio spirituali. Mirum est quod isti non allegant tex. expressum ad hoc in. c. cum virum de regu. ꝛ ibi Anto. hoc in expresso tenenté vt supra retuli quem etiam ad hoc allegauit Ange. are. in. §. quadrupli. insti. de actio.

¶ Faciat etiam pulcher tex. in. d. §. eo autem tempore. vbi casus quod tacens propter nimiam reuerentiã non videtur consentire.

¶ Adde Bal. in. l. si fine. in princi. C. ad velleya. dicens qõ si mulier non audet contradicere viro propter metũ vel nimiã reuerentiã qõ non nocet ei silentium. dicit esse glo. nota. in. d. §. que onerande. ꝛ sic approbat glo.

¶ Adde Bal. eleganter in. c. de pace con. §. pactiones. referenté aliud qõ facit ad propositũ puta qõ indebita seruitia presumuntur a dominis extorta per metũ ꝛ contra potentes presumitur. l. nolumus. C. de testa. presertim cõtra rusticos secundũ Bal. qué refert Alexã. in. d. §. que onerande. predicta multum nota.

¶ Adde etiã eleganté dictum Bar. in. l. ij. ff. de condi. ob tur. cau. vbi dicit quod si probatum est qõ maritus percussit vxorem vt consentiret cuidam contractui quod etiam si ipsa ex interuallo consentiat videtur per metum fecisse quia durat metus quamdiu durat matrimonium. c. ij. quod me. cau. ꝛ hec sunt famosa que commemoraui ad fundamentum glo.

¶ Alij fuerūt in opinione cōtraria ꝛ primo cōtra dictā glo. tenet Ange. de are. in.§.quadrupli.v.colu.insti.de actio. dicēs ꝙ timor reuerētialis nō inducit iustum metum dicit esse casum in.c.quamuis pactum.vbi filia renunciat patri ꝛ dicit tex.quod valet nisi dolo vel metu. ꝛ ita ponderat ibi tex.alium metum quam reuerentialem.allegat etiam.l.si fideiussor.§.pater.ff.de pig. ꝛ respōdet ad.l.pe. ff.de fur.dicit etiam quod hoc tenet Bar.in dicto.§.que onerande. ꝛ Moderniores in.l.transactionem.C. de transa. certe non recte dicit quia illi dicunt id quod supra retuli ꝛ secundum hanc partem .s.quod non inducāt iustum metū refert se consuluisse ꝛ obtinuisse nec ob.secundū eum.c.cum virū.de regu.quia loquitur in casu in quo requiritur mera/ ꝛ pura/ ꝛ libera volūtas.hoc sequitur glo.nota.in.c.insinuante.qui cle. vel vo. dicens quod parentum imperium non causat metum.quam glo.allegauit Alex.in dicto.§.que onerande. ꝛ prius Joā. de Jmo.in.d.§.eo autem tempore.facit.l.si patre cogente. ꝛ ibi glo.ff. de ri.nup. Adde Jnnocen.in.d.c.causam matrimonij.dicentem quod quelibet cōfessio facta per mulierem in fauorē mariti preiudicat sibi nec presumitur metu facta nisi precessisset metus vel verbera ꝛ ita non sola reuerētia.secundum Cardi. qui ibi sequitur Jnno.hanc opinionem sequitur Abb.in.d.c.causam matrimonij.dicēs adhuc quod sole mine non sufficerent nisi probaretur quod esset maritus homo solitus minas exequi.faciat tex.nota. pro hac opinione in. c. cum contingat. de iureiu. ꝛ ibi Abb.in primo nota.dicit esse casum qđ reuerentia maritalis nō excuset vxorem nisi interueniant mine vel verbera inducentia iustum metum. hoc sequitur ibi Cardi.licet dicat quod iudex debet esse facilis ad pronunciandum quod mulier non sponte consensit vt si appareant alique coniecture vt quia maritus etiam verberauit vel comminatus est. Faciat etiam elegans verbum Bal.in l.pactum quod dotali.C.de collatio.dicentis statutum disponit quod in contractu minorum interueniat consensus coniunctorum: quod si minor contrahit cū patre suo non requiritur aliquis cōsensus cum in patre cesset dolus ꝛ metus respectu filij sui quod est nota. Hanc conclusionē tenet Abb.in.c.j.de offi.de lega. idem Abb.in.c.ij. ꝛ in.c.cum dilectus.qđ me. cau. in tantū quod dicebat Abb. quod etiā si mulier fuit protestata qđ faciebat propter metū mariti nihil propter hoc est probatū nec irritatur contractus.facit pro hoc.l.metū.C.quod me.cau. ibi non iactationibus.Adde Alexā.de Jmo.in.d.§.que onerande. qui tenet pro opinione sua qđ aliquando dicte persone consentiunt ne incurrant odiū vel indignationē mariti vel patris ꝛ tunc talis reuerentia nō rescindit actum. allegat casum in dicta.l.si patre cogente.quandoqꝫ vltra reuerentiā interueniunt mine vel verbera tunc succurritur iudicis officio: dato qđ talis metus non caderet in cōstantem virum ꝛ ita dicit debere intelligi glo. §. que onerande. ꝛ sic dicit debere oīa iura concordari ꝛ hoc colligit ex glo.d.l.si patre cogente. ꝛ licet Alexā. tanqꝫ opinionē suam ponat tamen ad litterā hec fuit concordia inuenta a Joan. de Jmo.in dicto.§.eo autem tēpore. licet Ludo. Roma. ibi dicat aliter vt supra retuli ꝛ ita isti patres inuicem discordes discordiā relinquentes mortui sunt relinquentes zizaniam seminatam in hac questione.

¶ O tpa.felici⁹ sine tantis cōmentantiū opinionib⁹ respublica viueret.data est iam cuiqꝫ iudici licētia ad libitū iudicādi cū in tāta cōmentantiū copia tātis varietatib⁹ ingeniorū ac cōsiderationū diuersitate: nihil tā iniquū qđ careat aliq̄ opinione doctoris:reformatione principis ista cōfusio refrenanda esset.

¶ Nec tamen tacebo quid in hoc opinionū pelago eligam. Et primo excludo casum mihi indubitatum .s. quando filius vel vxor non contrahunt cum patre vel marito nec cum alio ad eorum vtilitaté vel cōmodū. Itaq; nec vtilitatis nec honoris nec quolibet alio modo versatur patris interesse nec mariti/ nec pater vel maritus mandauerunt facere talem contractum. Nam hoc casu non est in quo versetur reuerentia nec obedientia ⁊ sic nullo modo nec per actioné qđ me. cau. nec per officiū iudicis filius vel vxor poterunt se iuuare contra dictū cōtractum ex reuerentiali timore vel obedientia quia contra ius ⁊ equitatem esset dicere quod filius vel vxor possent dicere quod fecerunt contractum paternali reuerentia vel maritali ⁊ quod propter hoc possent irritare contractum.

¶ Aut filia seu vxor contraxerunt ad vtilitaté vel commodum mariti vel patris vel mandauerunt contractū fieri vel est talis contractus in quo aliquid interesse patris vel mariti versatur ⁊ isto casu dico considerandam esse personam patris si est homo crudelis/ austerus/ ⁊ seuerus erga filios/ ⁊ alios sibi non obtemperātes/ ⁊ homo pretendens lucra ⁊ interesse/ crudelis contra filios non facientes id quod venit in eius cōmodum/ ⁊ filius est multū obediens patri/ est etiā modice etatis. Est etiā mulier que est imbecillis et in qua minor metus sufficit vt dicit glo. in. c. cum locū. de sponsa. His enim coniecturatis sufficiet timor reuerentialis saltem ad rescindendum cōtractum per officium iudicis. ⁊ ista videtur mihi veritas relinquenda iudicantis arbitrio. Moueor ad hoc primo ar. glo. l. secunde ⁊. l. metū. C. quod me. cau. Item allego notabilé tex. in. l. metum. ff. ex qui. ca. maio. vbi casus singularis ⁊ vnicus qđ relinquitur arbitrio iudicis quis sit metus iustus ibi sed huius rei disquisitio iudicis est. idem glo. in. c. cum dilectus. quod me. cau. Allego ad hoc singularé doctrinam Bal. in. c. j. §. item sacramenta. de pace iura. fir. iij. colu. versi. quarto quero. vbi Bal. eleganter inquit quidā est metus tacitus. s. parentis vel domini cui nō audet contradicere vt. d. §. que onerande. ⁊. l. penul. ff. de fur. dicit Bal. quomodo probabitur iste metus velatus ⁊ in corde retentus. Respondeo ex qualitate personarum quod est valde singulare ⁊ ex toto videtur mihi decidere. q. faciat in simili quod notat Bar. in. l. ō pupillo. §. si quis ipsi. ij. colu. versi. quinto quero. ff. de noui ope. nun. dicēs quando quis timet denunciare potest coram vicinis: qualiter iste metus probabitur. Respondeo probando quod consueuit incarcerare appellantes a gestis per eum ⁊ eis violētias ⁊ iniurias inferre. ⁊ sic ex qualitate persone hoc presumitur vt. l. si bone fidei. in princi. de rei vendi. ⁊. l. argentū. ff. cōmod. vel quia minatus erāt sic facere. l. metus. cum glo. quod me. cau. que est ad hoc nota. Hec fuerunt pulchra verba Bar. in dicto. §. si quis ipsi. Et cum hac distinctione potest saluare omnia iura que probant quando non inducat metum timor reuerētialis quod hoc est verum: nisi contra maritum vel patrem essent probata ista de quibus supra. ⁊ ita quam pluries articulaui ⁊ cautus aduocatus debet predicta articulare ⁊ predictam opinionem meam teneo tanq̄ verissimam et habentem maximā equitatem. Post me forte his visis reponet que senserit ad libitū alius transcriptor tene méti predicta q̄ ex diuersis locis collegi alibi non ita scripta reperies.

Rodericus Suares.

Quidam miles habẽs duas filias na
turales eas obtulit monasterio in quo professe sunt. Vertitur nũc
in dubium / vtrum per religionis ingressum professione secuta di
cte filie legitimate sint: et per consequens heredes necessarie dicti
patris sui efficiantur.

¶ Et in fauorem monasterij ꝛ filiarum facit illa vulgo nota decisio cuiusdam
docto. antiqui nomine Guill. ð cuno. quem refert ꝛ extollit Bal. in. j. C. de sacro
san. eccle. iij. colu. qui dicunt ꝙ si pater reliquit filio suo spurio sub hac cõditio
ne / si ingrediatur monasterium / quod tenet relictum ex eo quod sicut per obla
tionem curie legitimatur filius ita per oblationem monasterio factam. secundũ
eos ꝛ Alex. Ymo. in. l. cum quis. C. de natu. libe. in apostillis suis sola relatione
contentus sic inquit. Et nota ꝙ ita spurius legitimatur per ingressum monaste
rij sicut per oblationẽ curie. dictũ est Bal. singulare in. l. j. C. de sacro san. eccle.
Idem ipse videtur loqui magis affirmatiue in quodam consilio suo quod est in
iij. volumine ꝛ est in meis cõsilijs numero. xxxv. incipit redemptoris nostri inuo
cato suffragio super contentis in dicto themate ad finem consilij. vbi habuit con
sulere super illa questione / si aliquis sit substitutus alicui / si decesserit sine filijs
legitimis / si euanescat substitutio si decedens sine illis sit ingressus monasteriũ:
ꝛ sic monasterium excludat substitutum. ad validationem dicti consilij adducit
dictam determinationem in hec verba. Quia videmus quod ingressus monaste
rij est adeo fauorabilis quod facit ingredientem monasterium censeri legitima
tum filium ꝛ capacem vbi alias esset spurius ꝛ incapax quia non minus in hoc
debet operari talis ingressus quẽ operetur offerre se curie per quam oblationem
redditur quis legitimus vt singulariter decidit Guill. de cu. ꝛ sequitur Bal. in. l.
j. C de sacro. s. eccle. hec ille. Certe Alexan. fuit homo magne fame ꝛ vbicunꝙ
locutus est in hoc passu videtur transire cum illo dicto Guill. Nam idem rubri
ca. ff. de noui ope. nun. in. iiij. colu. in princip. in illa. q. si sit de substantia instru
mẽti diuini numinis inuocatio: adducit dictam determinationẽ Guille. in hec
verba illam recitans. quia sicut filius illegitime natus vt naturalis tantum si
detur ad seruitia curie ciuitatis per patrem fit legitimus / sic si est oblatus reli
gioni ꝛ sic ad seruitia Christi dicitur legitimus. ꝛ hoc dictum Guille. reperio etiã
referre alium modernum ð accolitis de aretio. in. l. necessarijs. ff. de acqui. here.
in. iij. colu. in versi. ex predictis potest inferri. ꝛ videtur cum eo transire. Voluis
sem profecto videre fundamenta Guille. primi fabricatoris huius opinionis sed
cum antiquitas eius lecturam saltim in his deleuit partibus ex auditu queri
mus eius fundamenta. Unde ex relatione Bal. ꝛ Alexan. vbi supra in duobus
stat eius fundamentum que recte intuenti ad vnum reducuntur scilicet in hac
legitimatione per oblationem curie vt fortius legitimetur per oblationem reli
gionis factam ꝛ sic seruitio Christi. Item secundo facit argumentum. l. fina. C.
de sacro san. eccle. vbi ciuitas ꝛ ius diuinũ equiparantur ꝛ a pari procedunt intel
ligendo de illo iure diuino vt glo. intelligit in dicta. l. fina. facit. l. illud. C. de sa
cro sanct. eccle. si ergo offerendo curie idest seruitio ciuitatis legitimatur: fortius
eum offerendo monasterio idest seruitio Dei. Et quia simili argumento vtitur
Hostiensis in. c. sane. de celebra. missa. dicens quod sicut est tutus ille qui confu
git ad statuã principis ita ꝙ ibi non capi possit. l. ij. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu.

sic qui cõfugit ad sacerdoté deferenté corpus Christi redditur tut⁹ adeo qḋ ibi capi nõ potest. Sed vltra hos ante relatos reperi Roma. in sua famosa repetitione quã fecit super auct. similiter. C. ad. l. fal. fauendo pijs causis. xiij. colum. vij. specialitate vbi recitans dictã conclusioné Guill. abunde magis quã alij fecere refert eius fundaméta ⁊ sequitur eũ affirmãs qḋ filius legitimus qui alias non posset institui si ingrediatur monasteriũ nihilominus posset institui secundum Guill. qui mouetur ad hoc secundũ eum quia ingressus ipse monasterij maculã omné ⁊ sic illegitimitaté censetur abstergere vt in auct. de monach. in princi. ibi vt omnem quidé humanã eius maculã detergat.

¶ Secũdo mouetur q2 fili⁹ oblat⁹ curie seculari césetur legitimat⁹ quo ad successioné offerétis. l. cõmuniũ. cum cõcordãtijs. C. de natu. libe. sic per maioritatem rationis debet intelligi legitimat⁹ ille q̇ offertur dei officio. s. monasterio.

¶ Tertio ⁊ notabiliter quia cum apud ipsum institutum hereditas ipsa non sit mansura sed transitura immediate in monasterium vt in auct. ingressi. C. de sacrosan. eccle. merito satis debet censeri capax ex eo quia nõ capit vt sibi ipsi speciale commodum afferat: sed alijs. quo quidem casu videmus quod is qui alias est incapax potest institui. Hi enim qui solidum capere non possunt ex asse heredes institui ⁊ rogati restituere solidum adire hereditatem ⁊ restituere cogẽtur cum nihil honoris apud eos remansurum sit. verba sunt Vlpiani in. l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad trebellia. ⁊ exemplificat ibi glo. in naturalibus qui capiunt solam vnam vnciam extantibus legitimis vt in aucten. quibus modis natura. effician. legiti. §. discretis. colla. vj.

¶ De hoc dicto Guille. facit etiam mentionem quidam Anto. de roselis. in quodam tractatu ab eo facto super materia legitimationum ⁊ in finalibus verbis illius tractatus commendat illud dicens se credere esse verum in filio naturali licet in spurio asserat illos male dixisse cum illi omni clementia sint exclusi in. §. fina. in aucten. quibus modis natura. effi. sui. ⁊ sic iste ⁊ Alexan. in dicta rubrica. ff. de noui. ope. nun. exemplificant in naturali. Iuuat antedictis quia credũt ⁊ aliqui asserunt hanc legitimandi formam. s. per oblationem curie a iure canonico etiam procedere ⁊ approbatã esse ⁊ hoc ex generali approbatione de qua est illud decretum Augusti in dialogo contra petilianum dicentis si in adiutorium vestrum terreni imperij leges assumendas putatis non reprehendimus. Nam facit hoc Paulus cum aduersus iniuriosos Romanũ ciué se esse testatur.

¶ Facit etiam decretum illud. non liceat. xix. q. vltima sumptum ex libro nouellarum a quo videtur decisa questio Accursij in. l. deo nobis. C. de episcopis et cleri. vt hodie iure canonum vt ipse idem Accursius dicit in aucten. de mona. in principio indistincte non licere parétibus liberos vel liberis parentes ab hereditate sua repellere monachos factos quamuis dum laici fuerant in causam ingratitudinis inciderant. vt sunt verba tex. ⁊ sic indistincte dicitur ibi tolli maculam ingratitudinis. Hec et alia similia adduci possunt ad huius partis fundamentum que breuitatis causa omittuntur.

¶ Contrariã opinioné de qua antedicti nullã fecere mentioné reperio tenuisse quendã doctoré antiquũ vltra mõtanũ noĩe Ioãné fabrũ qui in terminis mouet questioné in trib⁹ locis. s. in auct. licet. ⁊ in. l. cum quis. C. de natura. libe. et in auct. ex cõplexu. C. de incestis nup. in quib⁹ arguit primo in fauoré monasterij ⁊ ponit antedicta fundaméta a quib⁹ moti fuerũt alij. s. ꝙ posset capere vt acqui-

rat monasterio per dictū.§.hi qui solidum. & tollitur omnis macula per ingressum religionis per dictā auct.de monachis in princi. Postea videtur inclinare in contrariū imo qd non legitimetur filius per ingressum religionis & in.d.l.cū quis.& in dicta auct.licet.loquitur de naturali filio & sic mouet questionē licet in.d.auct.ex complexu.loquatur in spurio/mouetur quia impedimentum persone monachi inspicitur sicut ante vnde si antequam religiosus fuerat poterat exheredari poterit post ingressum vt notatur in dicta.l.deo nobis. mouetur etiam a clementina. religiosus.de procurato. vbi sicut religiosus non potest esse procurator per se ita nec alium substituere & sic quod non potest per se nec per alium. Addit etiam.c.ij.de aposta. vbi regularitas non tollitur per ingressum religionis. Et hec opinio in puncto iuris videtur sustentabilior licet non per eius fundamenta que parum vrgent. Fundamentū enim dicte clemen.religiosus.incidit in regulā illam Brocardicam .s. quod quis non potest per se nec per alium que habet plures fallētias & concordantias habētes in se dissimilitudinē de quo est regula bene glosata in.c.potest quis.de regulis iuris lib.vj.nec vrget capitulū.ij.de aposta. Nam illius dispositio obtinet vt glo.ibi intelligit optime quādo irregularitas accidit propter delictum ingredientis religionem alias secus sed esse spurium non accidit ex delicto filij sed magis ex delicto patris.

¶ Ad aliud de exheredatione per.l.deo nobis.magis facit contra eum cum veritas sit in contrariū maxime de iure canonico per dictum.c.non licet.ante allegatum vbi est expressum tolli omnem causam ingratitudinis per ingressum religionis. Primum itaque fundamentū est ab auctoritate dicti docto.

¶ Secundo quia pro hac opinione facit ius cōmune. Habemus enim titulum in libro auctenticorum.s.quibus modis naturales efficiantur legiti.& qui.modis natu.effician.sui.& de natura.libe.C.vbi tractatur de modis legitimandi.de iure canonico habemus titulum/qui filij sint legitimi.habemus etiam leges fori.& leges partitarum.que etiam ponunt modos quibus naturales & spurij legitimātur & loquuntur de hac legitimatione per oblationem curie. In nullo istorū iurium reperitur legitimatio per oblationē monasterij. Si ergo descripti sunt expresse & expecifice dicti modi legitimandi quomodo conuenit doctori a se ipso nouam legitimandi formam fabricare non dando legem nec capitulū super hoc disponens cum potius erubesci debuisset sine lege loqui.l.illam.C.de colla. Valet enim argumentum a.l.cessante secundum Bal.in.l.cōuenticulam.C.de episcopis & cle.iiij.colun. & formatur hoc modo secundum eum vbi cessat lex erubescimur loqui.aucten.de trie.& semi.§.consideremus.

¶ Tertio a iure sunt numerati modi legitimandi filios naturales & spurios igitur alij modi videntur prohibiti argu.l.cum pretor.ff.de iudi. Ad quod optime faciunt quedā verba Abb.ab eo posita in.c.ij.de aposta.fina.verbis super glo. illius.c.q̄ dicit quod fauore religionis tollitur irregularitas per ingressum religionis (inquit ipse) quod super hoc nō potest dari certa doctrina cum in quibusdā casibus tollatur in quibusdā non. Subdit ad propositū se credere qd tantū in casibus expressis in iure tollitur irregularitas per religionis ingressum.

¶ Quarto facit pro ista opinione tex.in.c.fi.de filijs pres.vbi tex. dicit quod filij sacerdotū aut alij nō legitime nati ad dignitates & personatus & alia beneficia curā animarū habētia promoueri nō possunt absque dispēsatiōe papali per qd infert glo. ibi quod etiā si fiat religiosus nō potest promoueri ad illa de quibus ibi sine dispēsatiōe

pro qua est casus in.c.j.illius tituli vbi postq papa disposuit quod filij ex forni catione nati ad sacros ordines possent promoueri si monachi fiant. subdit prelationem vero nullatenus habeant. & faciunt ad hoc decreta.lvj.distin.c.j. cum pluribus sequentibus. Si ergo ad dignitates & personatus & alia beneficia curam animarum habentia filij spurij non possunt promoueri dato quod religionem ingrediantur/videtur quod non efficiantur legitimi per religionis ingressum: alias capaces efficerentur vt alij filij legitimi.

¶ Quinto facit tex.in.l.deo nobis.C.de epis.& cle.in.§.hoc etiam.vbi littera q ob hanc tantummodo causam qd filius est ingressus religioné non liceat patri filium hereditate sua priuare. Ecce ergo qd Imperator ibi adhuc posuit sub dubio si poterat exheredari vbi alias esset capax quanto magis qd etiam deberet institui de necessitate vbi alias esset incapax.

¶ Sexto pondero tex.in dicta.l.deo nobis.ibi secundum leges nostras sibi defendant nullo eis impedimento ex sanctimoniali conuersatione generando. vbi videtur casus notandus quod in successionibus que religiosis deferuntur tam ex testamento quã ab intestato succedunt dicti religiosi secundum formam a legibus datam in succedendo nullo eis impedimẽto apposito ex hoc qd religiosi sint. Unde aperte disponitur ibi de forma succedendi solum in hoc eis priuilegiando vt non alteretur in eis ius cõmune in forma successionũ. Si ergo sic est filius legitimus succedet vt legitimus bastardus vt bastardus et sic de spurio/ ergo talis spurius non efficitur heres necessarius.

¶ Septimo & hoc videtur aliqualiter vrgere de equitate nam quando pater offerebat filium curie bene quidem quod legitimaretur cum sciret aut scire debebat iuris dispositionem a qua erat statutum filium legitimari per oblationem curie sed in proposito non est sic. Nam cum hoc non est a iure saltem a iure scripto dispositũ filium legitimari per ingressum religionis non potest dici patrem cogitasse de legitimanda filia sua naturali aut spuria propterea quod eam offerret religioni et sic videtur durum quod pater habebat heredem necessarium filium spurium legitimatum contra voluntatem suam propter hoc quod eum misit in monasterium de quo legitimando non cogitauerat imo si cogitasset sibi de hoc prouidisset vt parẽtes facere solent non solum quando filias spurias verũ quando filias legitimas mittunt in monasterium. Sed ad hoc argumentum posset responderi si esset omnimoda similitudo inter legitimatum per oblationem curie & legitimatum per ingressum religionis cum filius posset se offerre curie legitimis non extantibus absq consensu seu patris oblatione vt tex.dicit in auct. quibus modis natura.effi.sui.§.proinde. Hec in effectu & substantia perstricto calamo videntur vrgere pro hac parte.

¶ Contraria opinio nec eius fundamenta non videntur obstare. Primo quia intentio illorum qui contrarium visi sunt affirmare si bene consideretur solum videntur loqui & sic mouent questioné.s.in voluntaria institutione patris hoc esset si posset spurius institui sub conditione si ingrediatur monasterium et sic si efficiatur capax per ingressum religionis in eo quod pater ei voluerit relinquere/ non autem quod efficiatur heres necessarius per ingressum religionis ita quod de necessario debeat heres institui a patre. & hoc modo mouet questionem Bal. in dicta.l.j.& alij licet in ratione decidendi questioné ponant vnum ex fundamẽtis in hoc quia sicut filius legitimatur per oblationem curie ita per oblationẽ

religioni factam. Constat enim ex eo quia vt ante dictum est Guiller. allegat pro suo fundamento dictam.l.cogi.§.hi qui solidum.ad trebel.que solum loquitur in fideicomisso seu institutione voluntaria non autem necessaria. Et fauor est religionis vt posset spurius institui sub conditione si ingrediatur monasterium ꝛ ob hoc efficiatur capax propter glo.que est in.l.eam quam.C.de fideico.in parte cōgantur/que disputat si ille.§.hi qui solidum habeat locum in eo qui est omnimodo incapax pro vt est spurius de iure ciuili vt in aucté.ex complexu.C.de incestis nup.

¶ Hec eorum fundamenta concludere vidētur de necessario. Mouētur enim hoc principali fundamento.s.a legitimatione per oblationem curie ꝛ eius similitudine quia si pater offerendo filium curie ciuitatis efficitur legitimus sic offerendo religioni argu.l.fina.C.de sacro.s.eccle.cū ergo moueantur ab hac similitudine oblationis curie videnda est radix et fundamentum huius legitimationis vt cognoscamus si eo casu quo esset licitum arguere de vna ad aliam si cōcurrat in proposito similitudo vnius ad alteram cum ante allegati Docto.dicant sicut legitimatur per oblationem curie sic per religionis ingressum.videtur enim hoc argumentum cessare in proposito.

¶ Primo qꝛ iste modus legitimādi per oblationē curie inuēt⁹ ꝛ primo institut⁹ fuit a Theodosio vt tex.inqt.in.l.iij.C.de natu.libe.ꝛ.in.§.prim⁹ itaqꝫ mod⁹ in auct.qui.mo.nat.efficia.sui.colla.vij.cū quatuor.§.sequētib⁹.vbi late tractat de hac legitimatiōe. Et hec legitimatio fuit ab hoc inuēta qꝛ erat curia siue corpus in qualibet ciuitate q̄ curia indigebat officialibus vt negotia expedirentur vt dicit tex.in auct.ō defenso.ciuita.§.nulla.in fine colla.iij.vnde q̄ vellet naturalē filiū suū dare illi curie vel ipsemet fili⁹ post mortē patris se offerret illi curie non extātib⁹ legitimis efficiebatur legitim⁹ ꝛ ei remouebatur macula natalium sicut fit remissio peccatorū his qui vadūt vltra mare vt glo.peregrina.dicit in libro institutionū.§.j.de heredi.q̄ ab intest.defe. Sed hodie ista legitimatio non est in vsu vt Ange.dicit in.§.si quis igitur.qui.mo.natu.effi.sui. ꝛ patet experiētia vnde fundamentū assumere ab eo qđ ab vsu recessit non caret scrupulo.

¶ Secūdo qꝛ hec similitudo debeat obseruari nō habet locū in ꝑposito legitimatio cū iste de quib⁹ in proposito sunt femine filie ꝛ per oblationē curie nō legitimabātur femine per se sed solūmodo quādo ipsa nubebat alicui curiali sed femine oblatio nō operabatur legitimationē tex.est in.§.prim⁹ itaqꝫ mod⁹.ibi potest pater naturales filios offerre curijs aut filias curialibus copulare. ꝛ in.§.si quis igitur ibi. ꝛ hanc esse regulā etiā in filiab⁹ vt iungat eas curialib⁹.ꝛ in.§.si vero ab initio.ibi ꝛ in filiab⁹ nubentib⁹ curialib⁹.l.si quis.C.de natu.libe.§. ꝛ si filiā naturalē optima ratione dū dicit quid enim interest vtrū per filios aut per generos cōmoditatibus ciuitatū cōsulatur. Preterea in spurijs in quibus loquitur Bal. ꝛ Guille.nō potest habere locū similitudo illa legitimādi per oblationē curie cum spurius non posset legitimari per oblationem curie vt patet per omnes leges loquentes de hac legitimatione que precise loqunūtur ꝛ disponūt de filijs naturalibus ꝛ sic etiam loquitur lex partite.x.parti.titu.xv.l.v.

¶ Ad aliud secundum argumentum seu fundamentum.s.aucten.de monach.§.j.dum dicit tex.vt omnem quidem humanam eius maculam detergat glo.ibi.exponit idest purgat scilicet a peccato vt in.§.si vero intra ad finem in dicta.aucten. Ad dictā.l.cogi.§.hi qui solidum.stat clara respōsio. Nam ibi loquitur in

voluntaria institutione seu fideicõmissaria non autẽ disponitur ibi qḋ imponatur patri necessitas instituendi spurium. qui est casus noster. Unde de iuris rigore hec pars videtur sustentabilior licet prima habeat pro se aliquas opiniões ꝛ obtineat equitatẽ amicam religioni ꝛ dei seruitio.

¶ Attamen ex antedictis negari nõ potest questionẽ predictam esse dubiã q̃ ambiguitas causatur ex opinionibus Docto. affirmantium in fauorem religionis. Nam quando super aliqua questione sunt opiniones Doctorũ ex hoc efficitur questio dubia. Opiniones enim Doctorum faciunt rem ambiguam vt glo. dicit in. §. quibus. prima constitutione. C. in glo. super parte/certa. l. cũ de nouo. C. de legibus. l. non possunt. ff. eo. Bar. notabiliter in. l. qui rome. §. fina. vj. oppo. ff. de verbo. obliga. Intellectus enim noster est variorũ vt Aristoteles inquit. ij. de anima. Unde alibi Seneca opinione laboramus non re. Item quia licet nõ sit lex expressa de hac legitimatione per ingressum monasterij loquens tamen de iure fit extensio de similibus ad similia. l. non possunt. ff. de legibus. imo licet lex prohibeat extensionem tamen fit extensio de similibus ad similia nisi aliter in cõtrarium per aliam legem sit determinatũ secundũ glo. in. l. illud. C. de sacro san. eccle. ꝛ dicuntur similia illa in quibus est eadem ratio vel maior. l. nõ solum. §. qui priuilegiũ. ff. de excusa. tuto. imo proprie non dicitur extensio sed dicitur hoc inesse de iure. vt Cinus dicit in dicta. l. illud. ꝛ est glo. nota. in. c. sepe. de tempo. ordina. libro. vj. in glo. quid e conuerso. ꝛ videtur esse eadem ratio imo maior de oblatione monasterio facta cum tunc offeratur seruitio dei quam de oblatione curie cum tunc offeratur seruitio ciuitatis. Uerum est quod iste extensiones legũ de similibus ad similia sunt valde periculose cum leges extrahantur a proprijs terminis maxime vbi sunt diuerse rationes ꝛ specialitates ꝛ rationes decidendi. Raro omnes possunt concurrere in casu simili sicut in casu a lege deciso cũ tunc esset idem ꝛ non simile de quo scribentes faciunt longum sermonem in. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. ꝛ in. l. si constante. in princi. ff. eo. cum alijs. occurrit etiã quia in dubio iudicandum est fauore pie cause. Nam maximam esse rationem que pro religione facit vt consultus inquit eleganter in. l. sunt persone. ff. de religio. ꝛ sump. fune. Et propter ista ad oẽs vitandos scrupulos ego consulo concordiam fiendam. Rodericus Suares.

Allegatio vigesima sexta.

SI el concejo es parte para pedir el robo fecho a los vezinos del concejo en este caso.

¶ Licet enim de iure aliud sint singuli aliud vniuersi seu vniuersitas vt in. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. in ius vocan. nec debitũ vniuersitati singulis debeatur/nec quod debet vniuersitas singuli debeant vt cõsultus ait in. l. sicut. in. §. si quid vniuersitati. ff. quod cuiusq̧ vniuer. ꝛ in. l. in tãtum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. vnde et si municeps vel aliqua vniuersitas ad agendũ det actorẽ non erit dicendũ quasi a pluribꝰ datũ sic haberi. Hic enim pro republica vel vniuersitate interuenit nõ ꝓ singulis. verba sunt Ulpiani in. l. si municeps. ff. qḋ cuiusq̧ vni. nihilominꝰ euidẽtissime cessat in ꝓposito hoc dubiũ assignatum.

¶ Primo quia vt constat ex probationibus per actores factis omnia bona habitantium in dicto loco fuerunt capta ꝛ derobata mandato dicti ducis et per gentes suas: ita vt omnis populus mansit destructus ꝛ per consequens tota vniuersitas illius loci de Aluirez quo casu non potest stare dubium assignatum cũ robaria omnibus vniuersaliter facta sit. verificantur verba libelli quia vniuersitas petit damna facta vniuersaliter toti populo et vniuersitati. Sed cui dubiũ nisi quod populus et vniuersitas potest petere robariam omni populo vniuersaliter nullo excepto factam cum in mandato damni passi contineatur et distributio facienda sit secundum quantitatem cuiqꝫ derobatam. Nam tunc verificantur verba consulti in dicta lege si municeps. dicentis. Hic pro republica vel vniuersitate interuenit.

¶ Secundo inconuincibiliter hoc probatur: nam in proposito ꝛ si verba libelli considerentur non solum nomine vniuersitatis conceptus fuit libellus sed etiã nomine singularium personarum que deroborate fuerunt. nam dicitur. En nõbre del concejo alcaldes/ regidores/ vezinos / singulares personas del lugar de Aluirez mis partes. Mandatũ etiam procuratori datum fuit eodem modo nomine totius vniuersitatis ꝛ nomine singularium personarum illius que ibi continentur ꝛ specificantur ꝛ dederunt mandatum procuratori nomine totius vniuersitatis et etiam nomine singularium personarum prout omnibus et singulis negotium spectabat vt constat ex verbis mandati dicentis. Todos juntos como concejo ꝛ vniuersidad ꝛ cada vno de nos por si por lo que le toca y atañe ꝛ atañer puede. et cetera.

¶ Si ergo mandatum est factum ab vniuersitate ꝛ singulis libellus conceptus eodẽ modo noĩe vniuersitatis et singulorũ probatio eodẽ modo in qua continetur quod omnia bona totius vniuersitatis ꝛ singulorũ derobata fuerunt. Quid luce clarius ad hoc dubium repellendum cum adhuc sufficeret nomine totius vniuersitatis petere cũ tota vniuersitas generaliter nullo excepto derobata fuit. Attamen inconuincibiliter tollitur omne dubium ex forma libelli ꝛ mandati in quibus vniuersi ꝛ singuli comprehenduntur: et sic cessabit hoc dubium scilicet aliud vniuersi/ꝛ aliud singuli. Quod etiam si a parte contraria allegatum esset repellẽdus esset tanqꝫ allegatio facta ad excusandas excusatiões in peccatis ad impediendã tam iustã imo iustissimã restitutionẽ ex tã enormi rapina ex qua fere populus ille mansit destructus. Juuant ad hoc quedã pulchra verba Joan. and. in. c. nimis el primero de excc. prela. Nam cum ibi papa dixisset in fine quo circa mandamus quatenus vniuersi ꝛ singuli a prenotatis grauaminibꝰ desistatis. postillans Joan. and. partẽ/ singuli/ sic ait: sufficiebat quo ad mentẽ dicere vniuersi sed adiũxit hoc vt eorũ malicijs occurreret qui ad euitandũ bonũ obedientie quãdoqꝫ friuolas licet subtiles occasiones pretendãt. Nam si hoc non dixisset forsitã pretenderet aliquis se non cõprehendi cum ꝛ aliud sit res vniuersitatis aliud singulorum. hec ille in nouella post Hostien. ꝛ certe propter hoc fuit reprehensus a papa episcopus Tornacensis in. c. cam te. de rescrip.

¶ Nec obstat si dicatur qꝺ mandatũ fuit celebratum sub nomine vniuersitatis puta in loco solito pulsata campana ꝛc. Ad hoc respondetur dupliciter.

¶ Primo quia verum est quod nomine vniuersitatis datum fuit ꝛ sic verificantur verba posita in mandato. Como concejo ꝛ vniuersidad. Sed etiã verum est quod nomine singulorum datum fuit/ꝛ sic verificantur verba in dicto mandato

contenta. τ cada vno de nos por si por lo que le toca y atañe. ꝛc. τ sic etiam nomi ne vtriusqꝫ mandatum fuit concessum.

¶ Secundo quia non repugnat ꝙ singulares concedant mandatum vt singu/ lares ad causas τ interesse suum licet essent congregati in cõcilio suo/quia vbi materia concernit particulares dando mandatum ad id quod concernit inte/ resse particulare suum etiam si sint capitulariter congregati dicitur procurator datus a singulis vbi ipsi singulares in mandato nominantur: vt notanter Egi/ dius concludit decisione Rote. cviij. incipiẽti si canonici exemplificans in ca/ nonicis dãtibus mãdatum ad causas prebẽdarum suarum. In proposito cessat totum dubium cum hoc sit expressum in mandato non est insistendũ vtrũ essent congregati vel ne. Ubi enim constat de effectu circa procuratoris constitutio/ nem de nomine non est curandum nec de alijs: quia vbicunqꝫ procurator a per sonis priuatis constituitur dato ꝙ constituatur vt syndicus qui est vniuersitatis tamen procurator singularium censetur. tex. est in. c. petitio. de procu. τ ibi Abb. tertio nota. τ in. c. vnico. de syndico. τ Bar. idem in. l. j. ff. quod cuiusqꝫ vniuer.

¶ Tertio dato quod predicta cessassent reperio expresse consultum per Oldra. consilio. lxvij. incipit an pro iniuria quod vniuersitas cum habeatur loco domi ni. l. de iure. ff. ad municipi. l. generaliter. C. de decurio. potest petere quod fiat emenda subdito suo. xxiij. q. ij. dominus facit de sen. excõmuni cum desyderes. τ. c. cõtingit cum ibi nota per Inno. τ licet ipse satis semiplene loquatur est opti ma glo. in. c. auctoritate ꝺ priuile. li. vj. per tex. τ glo. in. c. ad apostolice de re iu/ di. eo. libro. per Bar. in. l. j. in. §. idem ait. ff. de iniu. Innocẽ. elegãtius omnibus in. c. dilectis filijs. de appella. dum tractant etim vtrũ dominus posset agere pro iniuria seu damnis vasallis suis illatis τ ibi Inno. concludit quod si per furtũ vasallo esset res subtracta non posset dominus agere: secus si per violentiam ta lem quam non possent vasalli resistere quod est notandum ad propositum τ si be ne ponderetur dicta. l. si municeps. jũcta glo. super parte/haberi/loquitur quo ad hoc vt talis procurator ab vniuersitate datus non cogatur defendere singu/ los. τ. d. l. sicut non loquitur de eo quod debetur singulis de vniuersitate.

¶ Quarto quia sto quod sola vniuersitas petijsset seu eius procurator tamen si singulares persone habuerunt ratum factum τ petitum per dictum procurato rem super dicta robaria cui dubium nisi quod ratificatur iudicium sed de hac ratificatione constat ex alio mandato antea concesso huic procuratori per dan/ num passos quod est presentatum in primo processu quando per viam reconuẽ/ tionis τ mutue petitionis hoc fuit petitum quod indubitanter hoc dubium re pellit. Concluditur ergo ꝙ cum dicta robaria facta fuit dictis vicinis in odiũ τ contumeliam dicti Roderici de prado τ vniuersitatis sue propter partialitates illius temporis vt est probatum quod non solum ipsi sed etiã vniuersitas τ etiam solus dominus potuerunt petere dictam emendam fieri vt omnes concludũt in locis superius allegatis. Nec obstat illud quod dicit Inno. de furto facto vasal lis. Nam secus dicit in violentia eis illata cui resisti non potest quod determi/ nat questionem nostram / sed omnis scrupulus cessabit mandando in sententia quod distributio fiat inter vicinos τ vniuersitatem secundum quantitatem cui qꝫ derobatam.

Secundum dubium.

Si no siendo demandado el duque: ni

probando se que el robo vino a los herederos: y fallesciendo como fallescio el duque: si los herederos seran obligados a pagar el robo.

¶ Hoc dubium insurgere videtur ex dispositione.l. vnica.C. ne ex delictis defun. vbi actiones ex delicto descendentes non transeunt contra heredes nisi post litem contestatam vel quatenus ad eos peruenit.

¶ Sed in proposito hoc nõ obstat primo quia probatum est quod tempore quo dictus dux mandauit fieri dictam robariã omnia pecora & alia bona que capta fuerunt dictus dux diuisit inter stipendarios suos & sic eis satisfecit cum illis de eo quod eis debebat. Itaq; occasione prede locupletior factus est soluens de eo quod de bonis proprijs erat soluturus si ex dicta preda eis non satisfecerat cuius occasione opulentiorem hereditatem heredibus reliquit et sic heredibus dicitur peruenisse magis occasione delicti quo casu ipsi tenentur. hoc probat elegãs tertus in.l.si ipsa res.ff.quod me.cau.per quam hoc firmat Bal.in dicta.l. vnica. ne ex deli.defun.penul.colun.vbi postillans verba illius.l.dicentis heredes non teneri nisi quatenus ad eos peruenit. postillat Bal.verbum/peruenit/inquit scilicet ex delicto vel occasione delicti puta delinquens rem futuram consumpsit & rem propriam conseruauit alias cõsumpturus. Nam quia per hoc pinguior hereditas peruenit ad heredem ipsa res surrepta peruenisse videtur vt.l.si ipsa res. quod est notandum.

¶ Secũdo est aduertẽdũ si erit vera hec regula posita in.d.l.vnica.de iure canonico ita q; heredes nõ teneãtur ad satisfaciendũ ꝓ defuncto nisi lite cũ eo cõtestata vel quatenꝰ ad eos ꝑuenit & Abb.in.c.parrochiano. de sepultu.tenuit q; vbi testator decessisset sine cõfessione heredes eius non tenẽtur nisi prout de iure ciuili statutũ est. Allegat glo.in fundamentũ in.c.a nobis.in versi.heredes quoq;. de sentẽ.ercõ.& hoc etiã voluit Inno.in.d.c.parrochiano. Cõmunis schola Canonistarũ & Legistarũ tenet oppositũ: imo qd indistincte de iure canonico heredes teneãtur ad satisfaciẽdũ pro delicto defuncti dato qd lis cũ eo nõ fuerit contestata nec aliquid ad heredes peruenisset/inter legistas hoc tenuit Bar. in.l.j.ff. de priua.deli.hanc conclusionem indistincte tenet glo.in dicto.c.fina.de sepul.& in.c.in litteris.de rapto.& glo.notãter intrepide hoc affirmat in.c. episcopꝰ qui filios.xij.q̃stione.ij.est casus ad litterã in.c.si episcopũ.xvj.q.vj.ibi ab herede eiꝰ que iniuste ab eo ablata sunt sine excusatiõe reddãtur & ibi glo.etiã affirmat dictam regulã.idẽ glo.in summa.xxiiij.q.ij.hanc opinionẽ tenet glo. in.§.itẽ peccato.j.q.iiij.& Archi.ibi in.c.ecclesia.hoc firmat ꝓ maxima dicẽs oẽs Doctores suos hoc tenuisse scilicet Lau.& Ioã.& Tan.& alij q̃plures.& hoc tenuit in cõsulendo Fede.cõsi.xxj.idẽ in consulẽdo Anto. de bu. vt ipse refert in.c. qd clericis. de foro compe. & alij plures hoc tenent. vnde cum hec opinio sit in fauorẽ anime absq; dubio tenenda est cum in dubiis opinionibus illa tenenda est que fauet anime & conscientie vt consultus eleganter inquit in lege sunt persone de reli. et sump.fu. Specu. & Ioann.Andr.in titulo de testi.§.postq̃. versi. sed quid per

Docto. in. c. in nostra. de testi. ⁊ in. c. fi. de re iudi. ⁊ in. l. inter pares. de re iudi.
¶ Manet igitur firma hec conclusio vt de iure canonico heredes teneantur ex delicto defuncti maxime vbi actio est rei persecutoria ex parte actoris vt Bar. loquitur sicut est in proposito ⁊ sic ad satisfaciendū ⁊ restituendū male ablata per defunctum dato ꝙ lis non esset contestata nec ad eos peruenisset non seruata dicta distinctione Abb. que est expresse contra vniuersalē opinionē ⁊ contra iura expressa ⁊ est valde iniqua ⁊ preiudicialis cum non sit presumendum quem esse immemorem salutis eterne.
¶ Cum igitur tractetur hic super materia peccati ⁊ de peccato euitādo quia vt Augu. ait in epistola ad Mace. ⁊ habetur. xiiij. q. v. nō remittatur peccatū nisi restituatur ablatū etiam in foro ciuili standū est huic opinioni iuris canonici cū in concernentibus animā papa posset tollere ius ciuile. est casus ⁊ ibi Docto. in. c. fina. de prescrip. ⁊ tenuit Bar. in. l. priuilegia. C. de sacro san. eccle. ⁊ in. l. fi. C. si contra ius vel vti. pu. glo. in regula possessor. de regu. iu. lib. vj. cum alijs de quo per sanctum Thomā prima secunde. q. xcvj. etiam si tractatur de euitando peccato veniali vt voluit eleganter Joan. de Jmo. post Anto. in dicto. c. fina. et hanc opinionē consulendo secutus est Petrus de Ancha. consi. ccccxj. incipiēti ⁊ prima facie videtur. concludens indistincte heredes teneri de iure canonico satisfacere de delicto defuncti ⁊ causa finalis constitutionis canonice quā ad hoc cogit heredes vt est anima defuncti a peccato valeat liberari vt tex. dicit in. d. c. in litteris. in fi. ibi condigne satisfaciant vt sic a peccato valeat liberari. ⁊ sic solū debet in hoc attendi vt anima defuncti a peccato liberetur secundū Pe. de Ancha. per quod confunditur manifeste opinio Abbatis.
¶ Tertio quo attinet ad Rodericū de prado dominum dicti loci ⁊ que ad reconuentionem ab eo intentatā vltra predicta tollitur hoc dubium absqꝫ congrua responsione. Ab eo enim petunt heredes ducis certā summam quantitatis quam dicunt a dicto duce iniuste accepisse pro restitutione cuiusdam fortalicij ⁊ verū est quod dicta quantitas fuit sibi data ⁊ sic fatetur ipse Rodericus. Dicit tamē ꝙ fuit data in recompensationem aliquorum damnorum sibi datorum que dāna petit in vim compensationis ⁊ reconuentionis. Probatur in secūda instantia ꝙ tempore quo mandato dicti ducis fuit facta robaria in dicto suo loco inter pecora vniuersitati capta fuerunt eidē capta ⁊ derobata mille ouium capita que multiplicata vsqꝫ nunc ascendunt ad magnū valorē. Nunc ad propositum dico ꝙ ex quo dicti heredes petunt dictā quantitatē quam iniuste dicunt Rodericum de prado duci patri suo abstulisse per consequens ipsi obligati sunt ad omne damnum et robariam quam ipse pater suus dicto. R. de prado fecit seu eius mandato vt probatum est. Nec isto casu possunt dicere nec se iuuare ex dicta. l. vnica. C. ne ex deli. defu. s. nihil ad eos peruenisse nec litem contestatam fuisse cum patre suo. iste casus famosus in. l. iij. in. §. quod autem. ff. quod quisqꝫ iu. ibi an etiam ad heredem hec pena transmittatur iuncta glo. in quantum opponit de dicta. l. vnica. Ratio est duplex. vna quia cum heres petit id quod iniuste ab aliquo testatori fuit ablatum ipse eodem iure vti debet vt restituat eidem que defunctus iniuste abstulit ex eadem regula scilicet/quod quisqꝫ iuris in alium statuit eodē iure ipse vti debet. alias sequeretur absurdissimum quod si defunctus mihi fecit rapinam ⁊ ego eidē ꝙ heres eius posset a me petere quod defuncto abstuli ⁊ ipse heres non restitueret mihi que defunctus eius abstulit a me. Jtem ⁊ alia est eni-

dens ratio quia dictus Rodericus erat contentus cum dicta quantitate pro dicta robaria soli sibi facta et sic non est quid sibi imputaretur quare non petijt a duce in vita sua damna sibi illata. Nunc autem quia dicta quantitas sibi petitur ab heredibus iuste repellit eos hac exceptione scilicet vt soluant ipsi damna ⁊ robariam sibi factam a dicto duce vt glo. in dicto. §. quod autem. in fine ⁊ per illum tex. sic singulariter limitatur dicta. l. vnica. C. ne ex deli. defun. vt vult glo. in dicto. §. quod autem. ⁊ Cinus in dicta. l. vnica. in. ij. oppo. quem alij sequuntur. ⁊ Bal. in dicta. l. vnica. de priui. do. C. pe. co. laudat illum tex. secundū alium intellectum ad limitationem dicte. l. vnice. et Bal. in dicto. §. quod autem. valde extollit dictam. l. quoad tertiam lecturam scilicet de excludendo heredem per viam exceptionis vt non audiatur petens nisi soluat ⁊ ipse. ⁊ clarius ibi Pau. de Castro. ⁊ Ange. dicentes per hoc singulariter limitari dictam. l. vnicam.

Rodericus Suares.

Allegatio vigesima septima.

Duo presupponuntur ex probationibus testium ⁊ instrumentorum huius processus in quibus consistit totale eius fundamentum que ex dictis probationibus colligi videntur ⁊ inferri.

¶ Primum quod Rodericus de vera filius Roderici de vera primi testātis fuit spurius ⁊ adulterinus dicti Roderici de vera.

¶ Super spurietate primo fit probatio per testes super hoc deponentes tā per testes productos in primo processu agitato super his bonis a patre huius. F. de vera nunc actoris quam etiam per testes nunc ab hoc. F. de vera actore productos de quo ad processum remittitur: quia facti est ⁊ iste actor potest se iuuare ex probationibus a patre suo factis super spurietate cum sit filius et heres suus. Nam instantia cum suis appendentijs transit in heredem. l. si cum hominem. ff. de fide iusso. l. si in rem. cum concor. ff. de rei ven. transit etiam in alium successorem vniuersalem etiam si non sit heres. l. tam ex cōtractibus. ff. de iudi. qui tex. loquitur quando instantia transit contra patrem idem econtra quod instantia cepta cum patre etiam super his que transeunt in filium vt filium ⁊ non vt heredem transit in filium. est casus singularis in. l. si operatum iudicio. ff. de oper. liber. quam legem extollit Pau. de castro. ad hoc in dicta. l. si cum hominem. quod si pater recepisset feudum pro se ⁊ filijs ⁊ litem super ipso mouisset quod transiret in filium licet non esset heres quod reputat singulare. Item quia etiam si non transiret instantia erat tamen in proposito questio super statu persone dicti Ro. de vera quia super spurietate sua: ⁊ sic videtur quod si sententia fuerat lata cum patre istius actoris ⁊ contra istos reos cum quibus ipse litigabat quod sententia eis preiudicabat per. l. j. in fine ⁊. l. ij. ⁊. l. iij. in princ. l. ff. de libe. ag. que iura licet loquantur in causa filiationis extenduntur ad causam legitimationis vt Docto. late in. l. sepe. ff. de re. iudi. Abb. ⁊ alij in. c. quāuis. de re. iudi. quia est larga materia ibi remittitur.

¶ Dico ergo ad propositũ quod ex quo si sententia fuerat lata cum patre istius contra partes aduersas super spurietate proderat huic actori substituto ꝛ nocebat eis: sic nocebunt nunc eis testes contra eos producti a patre istius actoris. Nam quibus nocet vel prodest sententia prosunt vel nocent attestationes et alia acta. nota in. c. inter dilectos. de fid. instru. ꝛ in. d. l. sepe. in fi. Innocen. in. c. causamq̄. de testi. quem sequitur Bar. in. l. cum lite. ff. iudi. sol. quod depositiones testium valent coram alio iudice non solum inter easdẽ personas inter quas facta sunt sed etiam inter eorum heredes dum tamen ad idem ꝛ eodem modo agatur. c. albericus. de testi. l. iubemus. C. de libe. ca. imo secũdum eum omnia acta facta respicientia causam sto quod sententia non sit lata prosunt non solum producentibus ꝛ eorum heredibus sed etiam omnibus quibus res iudicata prodesset/ imo etiam si perempta esset instantia incepta inter partes acta litis ordinatoria/ vt citatio/ libelli oblatio/ perimuntur: sed acta cause tendentia ad veritatis indagationem vt depositiones testium/ confessio partium/ ista non perẽut. secundum Bar. post Innocen. in dicta. l. cum lite. ꝛ ibi probat tex. iuncta. l. cum antea. C. de arbi. notatur in. l. fina. de testi. ꝛ in. l. properandum. C. de iudi. glo. ꝛ Docto. in dicta. l. is apud. Nec enim debemus opprimere ꝛ angustare veritatẽ cum his vanis solennitatibus secundum. c. ecce. xxiiij. q. iij. ꝛ in. c. abbate sane. in fi. de re iudi. in. vj. secundum Abb. ꝛ bene.

¶ Concurrunt ergo in proposito duo que concludunt huic actori prodesse oẽs probationes facte a patre suo ꝛ preiudicate aduersarijs. Primũ quia iste est heres dicti patris. Secundo ad quascunq̄ personas porrigeretur effectus sententie illius cause ad easdem personas porrigeretur effectus probationis eadẽ ratione vt supra dictum. ꝛ est regula Bar. in. l. is apud. C. de eden. ꝛ sic dicit consuluisse. idem tenet in. l. si mater. §. fin. de excep. rei iudica. Sed qd̄ in bonis subiectis restitutioni porrigatur effectus sententie ad vocatum seu substitutum vbi cũ predecessore litigatum esset. Facit tex. singula. in. l. ex contractu. ff. de re. iudi. vbi sententia lata contra institutum mandatur executioni cõtra substitutum de quo elegãter Moder. in. l. filius fa. §. diui. ff. de le. primo. eleganter Bar. in. l. in diẽ. ff. de aqua plu. ar. maxime cum in proposito dicte probationes fuerunt facte cõtra istosmet aduersarios qui nunc litigant ꝛ agebatur ad eundem finem et super hac spurietate. Cum ergo dicte probationes fuerunt publicate succedit dispositio. l. gesta. C. de re iudi. quod habet perpetuam firmitatem etiam si perisset instantia vt ibi glo. dicit.

¶ Et vltra hoc probatur secũdo dicta incapacitas ex legitimatione falsa dicti Ro. ab aduersa parte producta in processu in qua pluribus eius locis fatetur et affirmat regie magestati esse spurium ꝛ adulterinum ꝛ tanq̄ talis petit legitimationem. Non ergo videtur esse opus alia probatione ꝛ cum pars aduersa produxit illam scripturam ad sui defensam et super ea principaliter se fundat videtur fateri in ea contenta esse vera. Regulariter enim producens instrumentum videtur confiteri contenta in eo etiam contra se. probat tex. in. l. j. §. edere. ff. de eden. ꝛ etiam probat tex. ꝛ ibi hoc tenuit primo Innocẽ. in. c. cũ venerabilis. de excep. ꝛ in. c. cum olim. de cẽsi. Bal. in. l. scripture. in princi. C. de fideiuss. ꝛ in. l. precum ad fi. C. de libe. ca. per Bar. in. l. post legatum. ff. de his qui. vt indig. Maxime procedunt ista in hac confessione spurietatis super qua se fundabat impetrans ꝛ super ea petebat legitimationem.

¶ Nec obstat quod pars nostra reprobat dictam legitimationē vt falsam quia ex quo quis scienter producit instrumentum falsum ferenda est sententia cōtra eum in eo quod facit contra producentem dato quod instrumentum reprobetur vt falsum ab aduersa parte cum videatur fateri omnia contenta in eo esse vera. ita tenet Innoce. in dicto. c. cum venerabilis. quem videtur sequi Abb. ibi ix. colun. versi. nouus casus est. Item si confessio esset facta non respectu instrumenti sed simpliciter tunc licet instrumentum appareat postea nullum: non tamen propter hoc receditur a confessione. secundum Bar. in dicta. l. post legatū. ij. colun. versi. contra hoc oppo. Item quia in proposito non solum dictum instrumentum dicitur falsum sed etiam nullum ex defectibus pluribus / scilicet quia non sigillatum nomine officialis non registratum non subscriptum a capellano maiore ꝛ ab alijs capellanis sed vbicunq; instrumentum anullatur seu impugnatur vt nullū ꝛ non sufficiens quia deficiunt in eo a iure requisita tunc etiā eo reprobato rata manet cōfessio in eo facta secundū Inno. ꝛ Abb. in. d. c. cum venerabilis. vij. colu. versi. quartus casus. qui hoc limitat certo modo.

¶ Ad vnum tamen est valde aduertendum quod licet regulariter non posset quis se iuuare ex eo quod reprobat in regula. ex eo. de regu. iu. cum alijs. Attamen iudex ex officio suo potest se fundare ex illo instrumento reprobato in fauorem ipsius reprobantis. Ista fuerunt elegantia verba Bar. in dicta. l. post legatum in. iij. colun. versi. ad vnum tamen aduerte. vnde cum in proposito sint probationes de spurietate ꝛ tanta indicia alia scilicet confessio patris in testamento cui dubium nisi quod iudex ex officio potest iuuare partem nostram ex confessione illa facta in dicto instrumento legitimationis cum sit conformis depositionibus testium et etiam ei quod pater dixit in testamento scilicet quod si esset impedimentum contra eum.

¶ Tertio probatur ex verbis positis a patre suo in testamento in quantum dixit. Que instituya por heredero al dicho Rodrigo de vera su hijo. Et subiecit hec verba. Pero si el dicho Rodrigo de vera mi hijo no fuere mi heredero por fallescimiento que del sea / o por no querer venir a lo rescebir / o por otro impedimiento que sea contra el. Bene ergo sensit testator impedimentum esse cōtra dictum filium suum.

¶ Presupposita ergo hac spurietate dico non obstare legitimationem propter falsitates contra eam probatas. s. no ser aquella la firma del señor rey don Enrrique / ni la que el siempre acostumbro hazer / ni la firma del secretario / ni el refrendaua assi en aquel tiempo / el sello postizo no tiene nombre de registrador ni de chanciller / quod est necessarium alias prouisio est nulla. de registro est lex facta in Toleto in ordinamento regis Henrici quarto anno de mil. cccclxij. petitione. vij. de sigillo habetur in ordinatione regis Henrici facto in Tauro. No es firmada del capellan mayor / ni de los otros capellanes de que auía de estar firmada como de todo esso se haze probança por este. F. de vera que agora demāda y se hizo por su padre a la qual se remitte. Lo otro consta por la misma carta falsa de legitimacion. Probatur ex alio falsitas. dicit enim rex Henricus ꝛ affirmat quod rex Ioan. cōcessit dictam legitimationē dicto Ro. filio bastardo adulterino dicti Roderici de vera ꝛ quasi apponit tenorem ꝛ effectum dicte legitimationis ꝛ dicit quod dicta legitimatio fuit perdita. Si ergo legitimatio illa fuit perdita vt ipse asserit ꝛ affirmat quomodo est possible quod ipse rex potuit scire

eius tenorem aut quod fuisset concessa cum nullam dicat habuisse informationem super eius perditione aut super tenore/nec alia solemnitas interuenit super perditione dicte scripture de requisitis a iure que ponuntur in tex. nota. c.cum olim.de priuile.vnde illa relatio perdite legitimationis inserta in dicta legitimatione regis Henrici non probat dictam legitimationem precessisse attentis verbis ab eo sine vlla informatione prolatis.aucten. si quis in aliquo documento.C. de eden. cum habeat constare de eius tenore & perditione per solemnitates requisitas in dicto.c.cum olim. et in alijs iuribus quarum nulla interuenit ergo &c.vnde cum totus tenor dicte legitimationis non fuit insertus in dicta legitimatione nec ipse rex eam vidit vt ipse asserit nihil valuit dicta confirmatio eius quam dicit se facere rex Henricus & ex certa scientia vt dicit glo. in. c. penulti. de confirmatio.vtili.vel inutili.optimus tex in.c.examinata.&.c.j.eodem titulo imo in casu in quo confirmatio fieret ex certa scientia & esset ibi tenor insertus vt loquitur glo.in dicto.c.penul.intelligunt Docto.quando confirmatio fuisset facta instantibus partibus vel de consensu ipsorum alias non faceret fidem de tenore scripture inserte.idem Abb.in dicto.c.penul.ad fi. limitando secundū notata in cle.litteras.de proba.

¶ Ex alio probatur falsitas dicte legitimationis scilicet quia valde deuiat a cōmuni stylo similium legitimationum vt in multis verbis in ea positis constat. Dicit enim. Restituymos a los legitimos natales. quod nunq̄ in legitimationibus auditum est. Et iterum dicit. Segun las leyes destos mis reynos lo preuilejan & otorgan.et alia plura verba in eo posita a communi stylo curie deuiantia hoc demonstrant/sunt etiam in dicta legitimatione clausule inconsuete & cōtra ius. Nam dicit quod non vult aliam probationem fieri super ligitimatione Regis Joan.nulla facta super eius tenore dicit fuisse deperditam nec dicit super eius tenore aut super perditione aliquam habuisse informationem contra.c.cum olim d̄ priuile.& alia iura.dicit quod valeat absq̄ eo quod sit subscripta a capellano maiore & alijs & alia huiusmodi inconsueta & exorbitantia ibi ponuntur vnde priuilegium obuium seu contrarium rationi & contra solitum cursum priuilegiorum est de falsitate suspectū nota tex.in.c.causam.de testi.& Abb. vltimo nota.ad hoc extollit illum tex.idem casus in.c.super his. de fina.instru. & ibi Abb.Tertio nota.ad hoc notat illum tex.quod littere impetrate preter stylum curie sunt de falsitate suspecte.optimus tex.in.c.ex parte de capell.mo.& in.c.porrecta.de confir.vti.vel.inuti.vbi ex eo solo quod in priuilegio est clausula inconsueta est magna presumptio de falso imo presumitur rescriptum falsum si tale priuilegium seu rescriptum in modo narrandi habet stylum incōsuetum nota.tex.in.c.quam graui de cri.fal.facit glo.fin.in.leg.que sub conditione de condi.insti.quam Bal.ibi notat.ad hoc quod si instrumentum habet clausulas inconsuetas presumitur de falso contra notarium.probatur falsitas etiam ex eo quod dictus Rodericus primus testator dixit in testamento suo in quo inter alias conditiones apposuit hanc scilicet instituo filium heredem/ysino fuere mi heredero por fallescimienlo que del sea o por no querer venir alo recebir:o por otro impedimiento que sea contra el &c.Quod testamentum fuit factum a quatro de nouiembre de.cccclxij.años.sic dictus testator sensit impedimentum succedendi esse filio suo.Sed si legitimatio tunc temporis ei fuisset concessa nō dixerat sub esse impedimentum succedendi in filio suo sed dicta legitimatio sonat

bene septem annis ante conditum testamentū super qua falsitate alia plura deponunt testes ad eos remittitur.

¶ His presuppositis verificatum videtur ius istius actoris ex clausula testamēti dicti. R. de vera in quantum propter alternatiuam seu disiunctiuā apposuit dictas conditiones in suo testamento in hec verba. y mando y quiero que si el dicho Rodrigo de vera mi hijo no fuere mi heredero por fallescimiento que del sea/o por no querer venir a lo rescebir/o por otro impedimento que sea contra el/o si fuere sin dexar hijo ꝛc. quiero que la dicha villa y todos los otros mis bienes los aya y herede para si. F. de vera mi sobrino y despues su hijo ꝛc. hauiēdo los siempre el mayor ꝛc. y que no se puedan diuidir ni enajenar saluo que ande todo junto al mayor: vt latius in dicta clausula continetur. Cum ergo vna carū impleta fuit. s. quia ipse. R. eius filius habuit impedimentum ad non succedendum quia spurius/igitur vocatus fuit dictus. F. de vera ꝛ post eius mortem iste. F. de vera filius suus: quia vbi plures conditiones apponuntur heredi per disiunctiuam sufficit vna earum euenire ad hoc vt admittatur ei sustitutus et vocatus ad dicta bona sub dictis conditionibus. l. si heredi plures. ff. de conditio. insti. l. si ita quis. l. is qui ducenta. §. vtrum. ff. de re. du. cum alijs pluribus concor. que vt vulgaria omittuntur que disponūt quod vbi disiuncta ponitur inter conditiones sufficit verificari in vna earum.

¶ Sed audio aduocatos aduerse partis adducere pro se quod in proposito inter dictas conditiones apposita est conditio si sine liberis decessisset dictus filiꝰ testantis quo casu disiuncta resoluitur in coniunctam. casus est vulga. in. l. generaliter. in princi. C. de insti. sub condi. fa. que habet solum vnam concordiam secundum quosdam scilicet. l. lucius. ff. de heredi. insti. ꝛ secundū alios habet aliā scilicet. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de re. du. Cum ergo dictum. R. filiū dicti testatoris dicunt decessisse cum filijs ergo volunt quod sit exclusus dictus. F. de vera cum non fuerunt implete omnes conditiones.

¶ Sed dicte leges non faciunt ad casum imo valde diuersificant a proposito: loquuntur enim vbi heres institutus esset capax vt ex eis clare constat vnde hoc ostenditur euidenter dicta. l. generaliter. et. l. lucius. non habere locum vbi heres institutus esset incapax cui datus esset sustitutus in casu incapacitatis vt fuit in casu nostro quia dictus Rodericus de vera erat spurius cui fuit datus sustitutus in casu incapacitatis.

¶ Primo quia dicte leges loquuntur et disponunt in filio legitimo ex legitimo matrimonio dum dicunt si filius vel filia ꝛcetera. Sed vbi nomen filius exprimitur a lege debet intelligi de filio ex iustis nuptijs procreato. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum concor. qui ergo affirmat dictas leges loqui in spurio det legem. Sed hoc demonstrant aliqua verba posita in dicta. l. generaliter. in principio scilicet dum dicitur firmiter res possideri ꝛ non esse locum substitutioni eorum vel restitutioni.

¶ Sic loquitur tex. eo casu quo deficientibus conditionibus sustituto appositis hereditas poterat firmiter possideri per ipsum heredem et sic quod esset capax ꝛ eo casu quo in exclusione substituti admittebatur ꝛ includebatur institutus/ quod esset impossible in herede incapace cui datus est substitutus in casu incapacitatis quo casu exclusio ipsius sustituti non potest esse inclusio heredis instituti propter eius incapacitatem.

¶ Dicitur etiam in eadem lege dum ponitur ratio decidendi.s. propter huius/modi angustias eius liberos omni pene fructu paterno defraudari et sic de filio herede capace. Nam tunc eius liberi fructu paterno defraudabuntur si etiam liberis susceptis propter defectum alterius conditionis disiunctiue hereditas deberet venire ad substitutum quia si filius heres esset incapax non poterat dici eius liberos fructu paterno defraudari tum quia ad patrem nihil pertinebat de dictis bonis nec eorum erat capax ꝛ sic nõ poterat dici ipsos priuari fructu paterno tum etiam quia admittebatur substitutus patre excluso.

¶ Probant etiam vltima verba eiusdem legis/generaliter.ibi hanc.l.in perpetuum valituram tam liberis quã patribus gratam ꝛ sic in vtriusqꝫ fauorem dicta iura esse introducta.s.tam patris quam filij ex ipsis constat ꝛ sic videtur tũc dicta iura locum habere quando ex ipsis fauor potest resultare tam patribus heredibus quã filijs. Sed in casu in quo ipse heres est incapax cessat fauor in eo quia non potest capere ꝛ etiam in eius filijs vt infra dicetur. Insuper cessat mẽs presumpta defuncti ꝛ per consequens dispositio dicte.l. generaliter. ꝛ.l. lucius. que fuerunt fundate in presumpta mente testantis vt ex eis patet. Hoc etiã demonstrant verba dicte.l.lucius.in quantum ibi dicitur quod heres ille cui erat datus substitutus sub dictis conditionibus adierat hereditatem et sic erat capax. Nam de incapacitate nec potest intelligi nec locum habere cum ipse non poterat adire hereditatem.

¶ Secundo adduco ad hoc famosum tex.in dicta.l.generaliter.in.§.cum auté. iuncto eo quod Bar.dicit in.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad trebellia. dicens quod in quantum disponitur in.l.cum auus.ff.de condi.ꝛ demon.quod si filius institutus sit rogatus restituere subintelligitur conditio si sine liberis decesserit:quod lex presumit quod dicta cõditio fuit expressa a testatore sed omissa a scribente per dictam.l.cum auus.in fi.dum dicitur quod minus scriptum quam dictum fuerit inueniretur:ꝛ sic lex subintelligit dictam conditioné tanqꝫ expressam a testatore ergo idem esse debet ꝛ si esset expressa a testatore.secũdum Bar. Facit etiam.l.quotiens.§.j.ff.de here.insti. idem dixit Cinus in dicta.l. generaliter. §.cum autem.succedit nunc dispositio dicti.§.cum autem.in versi.quis naturales habens filios partem eis relinquerit vsqꝫ admodũ quem nos statuimus ꝛc. vbi est casus quod in filio naturali instituto ꝛ rogato restituere habet locum dispositio dicte.l. cum auus .s. quod subintelligitur conditio si decesserit sine liberis tum dicit tex. ad propositum quod illud intelligitur solum in ea portione in qua filius naturalis erat capax. Infertur ergo quod illa conditio si sine liberis decesserit apposita filio naturali non operatur nisi in ea parte in qua filius naturalis esset capax ꝛ si vltra sibi relinqueretur non habebit effectum nec subintelligitur illa conditio si sine liberis decesserit sed statim admittetur substitutus. Cum ergo spurius omnimodo sit incapax vt in auct. ex complexu. cum alijs de incesti.nup.illa conditio si sine liberis nihil operatur ꝛ per consequens cessat in eo dispositio dicte.l. generaliter.ꝛ hoc patet ad sensum quia ipse heres spurius non est capax ad possidendũ hereditaté sibi relictam donec eueniat euentus cõditionis.s.quod habeat liberos. Unde nimirum si statim admittatur substitutꝰ cum non posset hereditas stare in pendenti vt.l.fi.ff.cõmu. predio. ꝛ non obstat ad propositũ quod filius spurius esset capax ad aliméta quia illud solũ est vsqꝫ ad quintã bonorũ ꝛ in ꝓposito cessat ex quo testator mãdauit vt bona non deui

derētur sed integra possiderēt iure maiorie p substitutos in casu incapacitatis.

¶ Tertio quia tempore quo decessit Rode. de vera primus testator dicti Rode. de vera filius suus spurius nōdum contraxerat matrimonium nec habebat filios nec ei nati sunt tum temporis vt constat ex testamento dicti Roderici patris sui in quo mandauit ei matrimonium contrahere cum certa femina vnde statim mortuo dicto Roderico d vera primo testatore data incapacitate dicti filij sui propter spurietatem de necessario fuit eius institutio pro non scripta ita q statim hereditas fuit applicata aut fisco aut venientibus ab instato aut substituto. Nam non potuit esse in pendenti donec nascerentur filij dicto Roderico filio spurio dato non concesso quod si nati fuissent essent preferēdi substituto. nam actus vltimi iudicij non possunt esse in pendenti. Eleganter enim consultus inquit in.l.fina.ff.commu.pre.nec.enim sicut viuentium ita & defunctorum actus suspendi ceptum esset. & in proposito cum fuit dicto filio datus substitutus eo casu quod ipse haberet impedimentum ad non succedendum excluduntur venientes ab intestato & etiam excluditur fiscus & admittitur substitutus quod venientes ab intestato per substitutum supradictum excluduntur clarum est. qd fiscus excludatur a substituto. est casus in.l.ij.&.iij.C.de here.insti.& dicta.l.ij. secundum glo. loquitur in spurio per quam.l.dicit Bar. ibi quod quando quis vellet instituere spurium & esse certus quod non veniat ad fiscum quod sibi substituat aliquem in eam partem quam capere non potest. cum ergo in dictum substitutum. F. de vera mortuo Roderico de vera primo testatore trāslatum fuit dominium dictorum bonorum propter dictam incapacitatem & spurietatem dicti Roderici de vera.l.cum heredes.ff.de acquirenda posse. Omnis enim substitutio est institutio.l.coheredi.§.cū fi.ff.de vul.glo.in.l.gallus.in princi. etiam si postea nascerentur filij dicto filio spurio dominium iam radicatum in eius persona non potuit ei auferri per superuenientiam filiorum. inquit enim Bal. eleganter in.c.j.de eo qui pro se & here.suis in vsi. feudo. certum est esse de natura feudi quod masculus preferatur femine. dicit Bal. quod si feudum semel fecisset transitū ad feminā ab ea cui iam infixum est amoueri non debet propter superuenientem casum nascentis masculi ex sorore cum natura dominiorū est quod sint perpetua postquā semel sint acquisita.

¶ Quarto quia in proposito cessat ratio decidēdi posita in dicta.l. generaliter. ideo enim disiuncta resoluitur in coniunctam propter presumptam voluntatem defuncti que non verificatur in qualibet parte alternatiue secundū Bar. ibi melius Cinus. sed quando datur incapacitas instituti propter spurietaté cum ipso iure sit incapax filius spurius vt Bal. dicit in.l.tunc mens testantis verificatur solum in vna parte alternatiue.s.quia habet impedimentum ad non succedendū ad hoc vt vocetur substitutus alias bona applicarentur aut fisco aut venientib9 ab intestato & sic bona diuiderentur quod esset omnino contra mentem dicti testantis qui voluit admitti dictum fratrem suum & semper ad descendentem maiorem deuenire dicta bona indiuisibilia semper et inalienabilia quod videtur absq dubio procedere cum vt ante dixi antequam essent nati filij dicto spurio iam erat acquisitum dominiū aut fisco aut venientib9 ab intestato propter dictā incapacitaté quos oēs excludere voluit testator per dictum substitutum. Cum ergo ibi.s.in.l.ij.C.de heredi.insti.et in.l.se.est casus substitutio vulgaris ratione incapacitatis excludit filiū spuriū & admittit substitutū ergo & liberos spurij

ꝛ sic cessat eorum fauor per cōsequens ratio decidendi posita in dictis legibus.
¶ Quinto facit tex. singula. in. l. pater. C. de here. insti. vbi est casus quod si instituatur spurius in eo quod poterit capere ꝛ alium heredem instuat in residuo eius quod alter capere non poterat quod heres institutus habebit totum: ne testator decedat pro parte testatus pro parte intestatus ꝛ sic exemplificat eū Cinus ibi. ꝛ post eum Paulus.
¶ Sexto probatur ex eo quod Bar. dicit in. d. l. fina. ff. de his qui. vt in dig. vbi mouet questionem quis sit modus relinquendi filijs spurijs (inquit) quod non est alius clarius ꝛ licitus nisi quod filio spurio relinquat fundum pro alimentis ꝛ quod post mortem sit filiorum suorum. Ecce ergo loquendo in nepotibus iam natis ꝛ vbi non esset datus substitutus spurio in casu incapacitatis adhuc non permittitur vt posset dare seu relinquere aliquid spurio quod deueniat ad filios nisi id quod pro alimentis poterat relinquere sic in proposito. Nec hoc habet locum attento ꝙ primus testator dedit substitutum dicto filio spurio in casu incapacitatis. Item quia voluit bona esse indiuisibilia ꝛ inalienabilia sed apud substitutum ꝛ eius descendētes deuenire semper ad vnum ꝛ maiorē natu. Quotiens enim apparet testatorem voluisse vnum solum habere hereditatem sic substitutio debet limitari secundum institutionem ꝛ in hoc fundatur. §. cum ita. l. si is qui ducenta. ff. de reb. du. vt Bar. inquit in. §. item si pater. eiusdem. l. facit optime tex. in. d. l. generaliter. in princi. cum his que Docto. no. in. dicto. §. cum autem. vbi probatur quod propter presumptionem dicte legis cum acutissimi. fundauit imperator decisionem illam vt scilicet disiuncta resoluitur in coniunctam fauore liberorum ne liberi excludantur ꝛ est tex. in. d. l. si is qui. §. item si pater. ff. de re. du. ꝛ probāt multa verba posita in. d. l. generaliter. sed. l. cum acutissimi. ꝛ eius presumptio ꝛ dispositio non habet locum in filijs spurijs institutis quod est absq; dubio. Nam dicta. l. cum acutissimi. ꝛ cum auus. expresse loquuntur ꝛ disponunt in filijs legitimis ꝛ naturalibus ꝛ est casus de hoc in dicta. l. generaliter. in. §. cum autem. que venit ad extensionē dictarum legum solummodo extendit illas ad filium naturalem institutum ꝛ solūmodo in illa portione in qua est capax a iure vt constat ex littera ꝛ est indubitatum in spurijs nō habere locum dicte leges et per consequens nec dicta. l. generaliter. in principio que super earum presumptione fundata fuit.
¶ Septimo quod dicta. l. generaliter. in princi. non habeat locum data incapacitate instituti probatur euidenter ꝛ ex mente ꝛ verbis dicte. l. ꝛ ex ratione decidendi in ea posita dum dicit imperator vt incertus successionis morientis exitus videatur certo substitutionis vel restitutionis. fi. Concluditur ex eo enim ibi pluribus conditionibus heredi appositis per disiunctiuam inter quas est illa si decesserit sine liberis resoluuntur dicte conditiones in coniunctam/ne si disiunctiua proprie acciperetur cum tante essent conditiones esset dubium propter quē casum nō existentē admitteretur substitutus quod esse non debet vt. ff. qua. dies le. ce. l. huiꝰ. ꝛ sic vt nō sit incertꝰ moriētis exitꝰ sed certo ꝛ indubitato substitutionis aut restitutionis fine concludatur statuitur ibi vt disiuncta resoluatur in coniunctam ita vt substitutus admittatur ad vnum casum tantum scilicet quando nil interuenit de dictis conditionibus sed nunc ad rem si data spurietate ꝛ incapacitate dicta. l. haberet locum in nostro proposito cum dictus filius spurius fuit institutus ꝛ quando cessit dies hereditatis quod fuit a morte

testatoris vt.l.vnica.C.de cadu.tolle.non essent spurio nati filij fiscus vellet admitti ad dicta bone ex alia parte venientes ab intestato ex alia substitutus ex alia forte spurius dicens sperari debet filios suos nascituros ꝛ si essent contra mentem verba dicte.l.imo tunc valde incertus esset morientis exitus ꝛ non certo fine substitutionis concluderetur. Ut ergo cesset hoc inconueniens ꝛ talis incertitudo certo fine substitutionis concludatur que fuit intentio expressa imperatorum substitutus isto casu admittatur alijs ambagibus exclusis que verba valde sunt ponderanda.

¶ Octauo quia.d.l.generaliter.§.cum autem.que.disponit sub intelligi conditione si decesserit sine liberis non habet locum in substitutione vulgari. ista est glo.singu.in.d.l.generaliter.§.cum autem.in parte substituit que exponit per fideicommissum quam ad hoc ibi ponderat Albe.ꝛ alij moderniores.

¶ Nono facit tex.singu.in.l.ex facto.§.facto.ff.ad trebe.vbi est casus quod si testator rogauit restituere hereditatem si sine liberis decesserit quod filij nati post deportationem rogati non faciunt deficere fidei commissum quia nascuntur mutato statu heredis ꝛ post eius incapacitatem.

¶ Decimo probatur ex eisdem legibus scilicet generaliter.ꝛ lucius.que disponunt eo casu quo omnes conditiones apposite possunt simul existere. Nam alias frustra dicte leges dicunt quod omnes debent simul existere vt substitutus admittatur etiam si per disiunctiuam apponantur si simul existere non possent ꝛ sic disponerent de impossibili.igitur non habent locum vbi tales sunt conditiones que simul existere non possunt vt fuit in proposito que sunt incompassibiles ex duplici capite.

¶ Primo quia iste due conditiones scilicet si noluerit vel non potuerit respiciunt casum non adite hereditatis per voluntatem vel per impotentiam ratione incapacitatis vt in.l.iij.C.de here.insti.alia conditio si sine liberis decedat etiã si liberi censerentur vocati respicit additioné hereditatis ꝛ restitutionem ex fideicommisso ꝛ sic est impossibile adire velle ꝛ adire nolle vnde cum non potest adire quia est incapax ꝛ admittitur statim substitutus non debet spectari euentus alterius conditionis scilicet quod habeat vel non liberos cum in eius euentum ipse iam non poterat restituere admisso substituto ex eius incapacitate. Ex alio capite videntur incompassibiles.nam de iure vna pars alternatiue clare declarat alteram dubiam.l.j.ff.de re.du.ad propositum in casu nostro fuerunt apposite tres conditiones dicto filio spurio instituto scilicet si noluerit esse heres vel si non potuerit vel si decederet sine liberis imo ꝛ alia quarta scilicet si decesserit anteꝙ esset heres vnde videtur impossibile testatorem sentire omnes conditiones simul posse existere nec dictos leges hoc velle propter repugnantiam aut superfluitatem. Quomodo enim ista se compatiuntur simul non posse esse heredem ꝛ nolle esse. Frusta enim queritur voluntas ab eo qui non potest velle cum effectu. Frusta ergo spectabatur vellet esse heres qui non poterat esse heres etiam si vellet ꝛ idem de alia conditione scilicet si decederet anteꝙ esset heres qui non poterat esse Non ergo est presumendum in talibus conditionibus vbi est admixta dicta conditio incapacitatis testatorem sensisse concursum omnium.

¶ Patet ergo apertissime ad sensum non posse simul existere dictas conditiones sed habere repugnantiam ꝛ incompassibilitatem scilicet quod decederet anteꝙ esset heres ꝛ quod nollet esse heres ꝛ quod non posset heres esse ꝛ quod

decedere sine liberis debere interuenire/ ꝛ a fortiori in coniunctiua propria si cadat inter contraria seu incompassibilia resoluitur in disiunctam. Famosus tex. in. l. si titio fundus. ff. de vsu fru. le. l. fi. C. de condi. Bar. in. §. vtrum. l. si is qui ducenta. ff. de re. du. Ad hoc singularis tex. in. l. si is qui ducenta. §. item si pater. per quam probatur quod sicut ad saluandā mentem disiuncta resoluitur in coniunctā ita econtra ad saluandā mentē coniuncta resoluitur in disiunctā ꝛ per illū tertū cōsuluit Pau. de cas. consi. cxiij. incipit substitutio predicta qꝺ in substitutiōe alicui facta si decesserit in pupillari etate ꝛ sine filijs qꝺ intelligitur si decesserit in pupillari etate vel postea sine filijs ne alias illa verba essent superflua si copulatiue intelligerentur cū in pupillari etate secundū cursum nature non possent cū filijs decedere/ inde est qꝺ eleganter ꝛ satis ad propositū inquit Bar. in. d. l. si titio. fundus. quod si testator dixisset substitutio vulgariter ꝛ pupillariter ꝛ per fidei. ꝛ sic per copulatiuā cum non posset esse simul ꝛ semel directa fideicommissaria quod erit electio substituti quam velit eligere scilicet directā vel fideicommissariam ꝛ sic copulatiua resoluitur in disiunctiuam quod est notandum ad propositum vbi eodem modo fuit substitutio directa ꝛ fideicommissaria scilicet directa si noluerit fideicommissaria si sine liberis. ꝛc. Optimus tex. ꝛ ibi Bar. in. l. recusare. §. titius. ff. ad trebe.

¶ Constat ergo cum dicte conditiones de quibus in proposito non possunt simul existere quod non habet locum. d. l. lucius. imo a contrario sensu facit in nostrū fauorem. Nam ibi est casus quod si in qualibet parte alternatiue mens testatoris non verificatur disiuncta accipitur pro coniuncta. ergo si verificatur secus sed qꝺ in proposito verificetur patet ex ante dictis cum esset repugnantia ꝛ incompassibilitas omnes simul concurrere.

¶ Preterea imo non solum pro se filius spurius est incapax vt iura dicunt sed etiā est incapax substitutionis fideicōmissarie scilicet vt capiat ad hoc vt statim restituat alteri glo. est in. l. eam quam. C. de fideicommi. que affirmat quod filiꝰ spurius non potest institui vt grauetur per fideicommissum restituere alteri. idē tenet glo. in. l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad trebe. et sic nec tenet institutio nec fideicommissum ꝛ hanc questionem tenent communiter omnes in. d. l. eam quam ꝛ Bal. ibi loquitur expresse in spurio. iiij. colu. ad fi. dicens quod spurius necest capax tituli nec emolumenti ꝛ sic incapax quo ad se ꝛ quo ad alium ꝛ exemplificat etiam in damnato in metallum in fratre minore dicens quod isti nec habent nomen heredis nec aliquod principium essendi habentur ac si esset institutus homo mortuus vnde institutio est pro non scripta. ff. de iure. codi. l. quidam referunt. idem ipse Bal. in. l. si quis solidum. ff. de heredi. insti. ꝛ ideo Joan. de imo. in. d. l. si quis solidū. refert qꝺ in. l. in tēpuꝰ illo titulo fecit additionē cōtra Angelum eum reprehendendo qui tenuit quod spurius posset institui si grauatus esset de restituendo alij. Nam non est verum per antedicta secundū cū. ꝛ hec communis opinio. nā ex quo a principio relictū spurio fuit nullū in consequentiam fideicōmissum ab eo relictum est nullius momenti vt dicit glo. ordinaria communiter approbata in. l. codicillis. versi. petere posse. versi. aut solum. ff. de le. ij. Cū ergo hec substitutio si sine liberis decesserit sit fideicōmissaria imo etiā si instituo titiū heredē ꝛ post mortē eiꝰ instituo seyum. ista secūda institutio nō valet iure directo sed iure fideicōmissi. secūdū Bal. in. l. extraneū. C. de here. insti igit. ꝛc. Sed etiā si teneremꝰ opinionē cōtrariā. s. qꝺ spurio posset institui ꝑ fideicōmiss.

propter aliquos qui dicunt qd de iure canonico cum spurius sit capax vsqz ad alimenta vt in.c. cum haberet.in eo haberet locu.l. cogi.§. hi qui solidu.ff. ad trebe.nihil tamen facit ad propositum quia in casu nostro nec etiam in proprietate fuit capax vsqz ad quantitatem alimentorum cu voluntas expressa dicti testatoris fuit quod dicta bona non diuiderentur sed in solidu possiderentur vinculo maiorie & sic non potest habere locu dictus.§.hi qui solidu. Ité quia in proposito ipse spurius fuit directe institutus & ad sui commodum & non rogatus expresse vt alteri restitueret & sic cum sua institutio fuit nulla ergo.&c.

¶ Secúdo quia fuit expresse prouisum a testatore in casu sue incapacitatis quo casu fuit sibi datus substitutus & prouisum per testatorem ad quem deberent deuenire bona.

¶ Tertio quia non fuit rogatus restituere alicui qui esset in rerum natura cu tempore quo cessit dies hereditatis aut fideicommissi dictus spurius non habebat filios & sic erat impossibile habere locu fideicómissum.l.j.§.j.C. de cadu. tollé.& sic admissus fuit substitutus cum hereditas nó poterat esse in pendenti in euentum filioru vt in.d.l.fi.& spurius erat incapax ad tenendum.

¶ Preterea arguitur inconuincibiliter voluntas testantis in vltimis voluntatibus regulat conditiones.l.in conditio.ff.de condi.& demo.sed voluntas dicti Roderici primi testantis fuit quod bona sua deuenirent ad dictum filium suu aut ad eius liberos si haberet aut ad substitutos hoc clare constat. Ná ad alios venientes ab intestato aut ad fiscum certum est quod noluit venire cum per substitutum excludantur vt.l.pater.& l.cum proponas C.de heredi.insti. sed quod peruenirent ad eius filium hoc non potuit esse ratione sue incapacitatis quia spurius/nec voluit cum ei dedit substitutum cum esset incapax / nec etiá eius filijs potuit nec voluit cum tempore testamenti & mortis testatoris & tempore a dicte hereditatis dictus spurius nó habuit filios. Rediculum est ergo dicere aut sentire quod debeat spectari euentus liberorum cum hereditas nó posset esse apud spurium pro se/nec pro restituendo alteri qui non erat in rerum natura tempore mortis defuncti & sic non debebat esse in pendenti cum datus erat substitutus dicto filio spurio qui potuit dari & habuit efficatiam data incapacitate vt in.d.l. pater.et.l.cum propo.alias sequeretur quod testator pro parte temporis esset testatus pro patre intestatus quod est contra ius.l.miles ita.ff.de testa.mi.l.hereditas ex die.ff.de here.insti. Item quia cum a principio institutio spurij fuit nulla non potest postea conualescere. Nam institutio ratione forme inutilis a principio ex post facto non conualescit.l.si alienum seruum.ff.de heredi. institu. & idé vbi institutio esset nulla ratione incapacitatis instituti / quia non confirmatur postea etiá impediméto cessante casus famosus in.l.his verbis.§.interdu. ff. de here.insti.sic sumatus ibi per Aug.ex quo Bal.in.d.l.si alienum.in.§.extraneis infert ad aliquas qstióes. Facit.l.j.ff.de regu.catoni.ibi catoniana regula habet quod attenditur principium & qd tunc valere nó potest postea non conualescit. Ité qz tépore mortis defuncti quo debet adiri hereditas requiritur capacitas in herede secúdu regulá.l.si alienu.§.in extraneis.ff.de he.insti.& in.§.in extraneis de here.qua. & di. Cum ergo institutio spurij fuit nulla & pro se ipse non fuit capax filios autem tum temporis non habebat cui potest esse dubium nisi qz statim fuit admissus substitutus per dictá.l.ij.C.de here.insti.si post eum admissum nati sunt liberi dicto spurio quod non est bene probatum nil ad casum

quia non potuit conualescere dicta institutio vt dictum est.

¶ Preterea si dicte leges generaliter ⁊ lucius. attendantur loquuntur quãdo institutus erat capax ⁊ sic non excludebatur a lege sed a testatore in casu illarũ conditionum. in proposito excludebatur a lege propter sui incapacitaté. Cum ergo vbi spurius qui est funditus incapax instituitur institutio heredis habetur pro non scripta vt glo. dicit in. l. eam. quam in glo. magna super parte cogantur l. j. de here. insti. C. ibi hereditas. in ea causa est in qua essent si scripti nõ fuissent heredes. l. si in metallum. ff. de his qui pro nõ scriptis. Si ergo habetur pro nõ scripto quid est opus querere de conditionibus. voluntas ergo testantis fuit vocare ad dicta bona filium suum si esset capax ⁊ post eius mortem filios suos ordine primogeniture ⁊ si filius non esset capax admittere seu vocare substitutos eodem ordine non autem debere spectari euentum filiorum / imo solum eos vocasse data filij capacitate quod patet ex verbis dicti testamenti dum dixit quod succederent eius filij. subdit. En la forma y manera suso dicha. scilicet si nõ esset contra patrem impedimentum ad succedendũ quia dato impedimento iam dederat ei substitutos. nec obstat. l. in tempus. ff. de here. insti. nam ibi est casus in totum oppositum ad casum nostrum. ibi enim dato quod haberet locum in spurio testator voluit instituere incapacé in tempus quod esset capax in proposito totũ contra quia noluit instituere filiũ in casu quo esset incapax / imo illo casu dedit ei substitutũ / imo nec ei⁹ filios voluit vocare nisi in casu quo cõtra patré non esset impedimentũ ad succedendũ qđ patet ex multis locis vbi vocabat dictos filios semper dixit. En la forma suso dicha. ex quibus vidétur cessare argumenta.

¶ Ad vltimum vt vocibus causedicorum satisfaciamus ponamus casum quod per dictas. ll. lucius. ⁊ generaliter. sit verum quod ad exclusionem substituti sufficiat quamlibet conditionũ existere ⁊ sic existétia filiorum ⁊ quod ad eius inclusionem requirãtur oẽs cõditiones existere ac si essent apposite per cõiunctam. dico hoc esse verũ ad hoc vt excludatur dictus substitutus vigore substitutionis sed ⁊ si hoc fateamur tamen non erit exclusus tanq̃ consanguineus proximior ipsi testatori quia erat eius frater seu sobrinus. Nam certũ est qđ dicta bona nõ deuenerũt nec potuerunt deuenire ad filiũ suum spuriũ nec ad filios suos qui tunc temporis non erant in rerũ natura nec ad fiscũ quia per substitutũ fuit exclusus a testatore ⁊ dato quod non fuisset admittendus substitutus. Applicantur venientib⁹ ab intestato excluso fisco vt tenét omnes in. l. hereditas. C. de his qui. vt indig. ⁊ in. l. fina. ff. de his qui. vt indig. est casus in. l. fina. C. de na. fi. sic inter venientes ab intestato dict⁹. F. de vera prefertur ex volũtate testantis q̃ voluit bona sua nõ diuidi / sed semper esse integra iure primogeniture ⁊ venire ad proximioré suũ maioré natu q̃ erat. d. F. de vera ⁊ eũ expresse nominauit ⁊ sic licet nõ admitteretur vt substitut⁹ admitteretur vt ꝓximior ipsi testatori vt maior cũ bona nõ deberét diuidi nec deuenire ad oẽs veniẽtes ab intestato ex volũtate testantis expressa / nec hoc negant dicte leges: nec ad hũc casum se extendũt. s. ad casum in quo licet esset exclusus vigore substitutionis deberet admitti ⁊ esset vocatus ad bona vt consanguineus testantis ab intestato. ⁊ si dicatur tũc deberent bona deuenire non solũ ad eũ / sed ad alios ei equales in gradu. Nam hoc repugnaret volũtati testãtis qui voluit bona nõ diuidi ⁊ venire ad dictũ. F. de vera ⁊ ista sunt efficacissima. Preterea valde cõsiderandũ est q̄ isti q̃ possidét bona sunt extranei nec descendétes testãtis per legitimũ nec spuriũ in quibus nec

conseruatur voluntas testantis nec iuris dispositio nec aduocatorū oppositio.

Rodericus Suares.

Allegatio vigesima octaua.

Uerat mihi iam hec deliberata sentē tia residuum breuissimi temporis quod superest in alios transferre mores nisi quia plerumqꝫ assidue pulsantibus respondere compellor. Et fessa manus tremens ⁊ timens (vt ita dixerim) accipit calamum maxime in re huiuscemodi in qua tanqꝫ in alienam messem falcem mittenti mihi non iniuste culpa adijci posset cum in iure cesareo ab incunte iam etate exercitatus sim. Paucis equidem ⁊ fere nullis data sunt omnia. Unicuiqꝫ enim datur manifestatio spiritus ad vtilitatem: alijs quidem datur sermo sapientie/ alijs scientie/ et hec omnia operatur vnus ⁊ idem spiritus diuidens singulis prout vult. prima Corin. xij. sed quia causa tua agitur Deus iniustum reputans labori parcere. Hec breuiter que sequuntur reponere institui ne vt seruus ille inutilis in terra talentum abscondens possem ⁊ iuste calumniari.

¶ Ex duobus enim videtur constare regiam concessionem ⁊ dotationem factā Episcopo ⁊ Capitulo de medietate decimarū locorū acquisitorū a Saracenis debere referri ad decimas ecclesie debitas ⁊ per consequens extendi ad decimas ab eis nunc ecclesie debitas postqꝫ ad fidem catholicam conuersi fuerunt.

¶ Primo hoc colligitur ex prima concessione facta per Innocētium per quā cōmisit Archiepiscopo Tholetano vt dotaret ecclesias ⁊ dignitates illas quas erigeret in locis acquisitis ⁊ acquirendis a Saracenis de decimis illorū prout ab excelsis Regibus Ferdinando ⁊ ysabella immortalis memorie fuisset concessum. Itaqꝫ principalis concessio decimarum fuit papalis et sic de necessitate debet intelligi de ecclesie debitis quarum concessio pertinebat ad Papam ⁊ ex concessione ⁊ donatione regali manifeste hoc euidēter ostenditur scilicet quod de illis decimis sic a Papa concessis fecerunt donationem et dotationem vt ex pluribus verbis constat que apposita fuerunt in dicta regia donatione/ dada en Murcia. xxxj. de Mayo de. lxxxviij. vbi littera. Su sanctidad nos hizo gracia de todos los diezmos que los Moros que viuen y moraren ⁊c. ouieren de dar para que sea nuestro y de quien nos quisieremos ⁊c. y por la presente donamos al Obispo y Cabildo ⁊c. la meytad de todos los dichos diezmos que los Moros ⁊c. Ponderanda ergo sunt verba illa. Nos hizo gracia de los diezmos para que fuessen nuestros. Que verba nullo modo adaptari nec referri possunt patrimoniali ⁊ regali decime cum de illis non potuit dicere. que el Papa nos hizo gracia. Nemini enim fit gratia nec donatio de eo quod suum est. vt consulti dicunt ⁊ patet ad sensum maxime cum dicatur. Para que fuesse nuestro. quod est impossibile intelligi de regalibus que iam erant sue. id enim quod nostrum est non potest nostrum amplius esse. et quod ex his a Papa concessis ipsi Reges donationes fecerunt constat ex verbis statim subsecutis dum dicitur. Hazemos donacion de la meytad de todos los dichos diezmos. ⁊ vltra hoc apertius declaratur ibi. y que la otra meytad de los dichos diezmos queden para nos

con los otros pechos y derechos que los dichos Moros nos ouieren de dar y con el alcauala si la ouiere.

¶ Si ergo reseruata fuerunt regie corone omnia alia iura τ tributa regalia ab Agarenis soluenda non potest dici quod dicta decimarum concessio facta episcopo fuit de patrimonialibus.

¶ Ex his ergo τ alijs pluribus eiusdem donationis verbis cõstat decimas spirituales ecclesie debitas a Papa concessas esse et a Regibus donatas ecclesie. Hoc idem τ adhuc apertius declaratur ab ipsis regibus in alia prouisione super hoc concessa. En hebrero año de .lxxxviij. vbi littera. Nos tenemos hecha merced al Obispo y cabildo de la mitad de los diezmos de los Moros que nos deuen y han de dar y pagar y nos pertenescen por bulla de nuestro muy sancto padre. Sed quomodo est possible quod de decimis illis regalibus prout est ius regale morisco posset dici quod Regibus pertinerent vigore bulle summi pontificis cum sint iura regalia eisdem pertinentia absq papali cõcessione τ sic necesse referuntur ad decimas spirituales ecclesie debitas quarum concessio pertinet ad Papam. Idem declaratur in alia dada en hebrero año de .xcj. vbi littera Salud y gracia. Bien sabedes que huuimos hecho merced al Obispo y Cabildo de la mitad de los diezmos que a nos pertenescen por bulla de nuestro muy sancto padre. Idem ad litteram in alia prouisione cuius data est en henero de .xcij. τ in alia q̃ fuit data super villã de villa Luenga contra ducem de Calix. Si ergo Reges expresse τ specifice dicunt totiens et affirmant quod concesserunt Episcopo τ Capitulo medietatem dictarum illarum decimarum que a summo Pontifice sibi concesse fuerunt: non est opus vltra insistere aut in dubium reuocare de quibus decimis fuit facta donatio τ dotatio scilicet patrimonialibus regis aut spiritualibus ecclesie debitis cum hoc ipsi aperta voce declarent.

¶ Sed in dotatione a dicto Archiepiscopo Tholetano don Pedro de Mendoça facta auctoritate et concessione seu donatione regia idem apertissime declaratur in quantum veniens ad dotationem ex decimis faciendam postquam generaliter dixit et disposuit quod Episcopus haberet perpetuo quartam partem decimarum omnium tam predialium quã personalium: tam ecclesie cathedralis quã omnium aliarum predicte ciuitatis et diocesis τ alia quarta diuideretur inter clericos modo de quo ibi. veniens vltra in specie ad decimas Agarenorum inquit hec. Ceterumq Innocentius τc. concessit eisdem magestatibus τ successoribus suis decimas Agarenorum regni Granate in locis acquisitis et acquirendis et prefacti Rex et Regina volentes dictam ecclesiam magnifice dotare donarunt in perpetuum Episcopo quartam partem decimarum dictarum τ Capitulo aliam quartam partem. Et nos dicta auctoritate de consensu et donatione ac petitione dictarum magestatum dictas duas quartas partes dicto Episcopo et Capitulo applicamus τc.

¶ Duo igitur declarat euidentissime Archiepiscop⁹ predictus dotãs. Primũ q vltra generalẽ concessionẽ Papa cõcessit regibus decimas Agarenorũ regni Granate in locis acq̃sitis τ acquirẽdis. Secũdũ q dictas duas quartas dictarũ decimarũ Agarenorũ ipsi reges donarũt in dotẽ τ ipse ex sua cõcessione τ auctoritate τ petitione easdẽ applicat τ assignat in dotẽ dicto Episcopo τ capitulo vt supra. Ecce ergo manifestissimũ q illa donatio fuit de decimis Agarenorũ ecclesie debitis cõcessis Regibus a summo Põtifice quas decimas ex tũc integre sol

uissent ipsi Saraceni prout ecclesie debetur nec se dederūt Regib⁹ sub hoc pacto ꝙ non soluerent nisi vnam decimam quam regi Granate soluere consueuerant vt idem Archiepiscopus narrat in dicta dotatione et propter hoc cum tempore quo ipsi manebant in infidelitate sua hec decima erat mixta cum alijs iuribus regalibus ex dicto pacto et fiebat equiualentia Episcopo et capitulo dum erant Saraceni ꝙ iam nunc cessat eisdem ad fidem conuersis quia decimas integras soluunt ⁊ soluere debent dicto Episcopo ⁊ Capitulo vt in dotatione cōtinetur. ⁊ hoc de primo prout ex facto constat.

¶ Secundo quod si hec donationis ⁊ dotationis verba dubia essent sic a iure interpretanda sunt vt de decimis Agarenorum ecclesie debitis videatur facta hec dotatio. Quid enim operaretur dicta Innocentij concessio Regibus facta ad sui supplicationem vt ipsi fatentur de decimis Agarenorum si concessio illa referri deberet ad decimas prout erat ius regale morisco ⁊ sic proprium regale patrimonium quarum ad Papam non expectabat concessio vt de nihilo certe tale priuilegium deseruiret et sic necesse referenda est concessio illa Innocentij ad decimas ecclesie debitas vt priuilegium aliquid operetur. Nam et vbi verba priuilegij fuissent dubia sic interpretanda sunt vt aliquid de nouo conferant vltra id quod iure proprio competit ei cui conceditur. Hoc est quod determinat Papa in capitulo in his. de priuile. ibi cum autem eis nihil conferret memorata indulgentia sine qua id liceret eisdem mandamus quatenus interpretatione huiusmodi reprobata ita quod dicti fratres ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti. c. si Papa. de priuile. in. vj. ibi vt priuilegium nihil alias allatura concessio. ff. de lega. primo. l. si quando. vbi consultus elegāter loquitur ibi/non de alijs donationibus eum videri sensisse quā de his que de iure valitu re non sunt. ff. ad municipi. l. prima in fine. imo vbi dispositio esset inutilis intelligendo verba vt iacent debent illius verba impropriari vt dispositio teneat etiam si esset odiosa ⁊ penalis. Hic est casus singularis in capitulo si sententia. in fine. de senten. excommunica. in. vj. quem ad hoc vt solennem extollit Abb. in capitu. pastoralis. in principio de appella. Optimus textus in dicto capitulo pastoralis. quem ad hoc notant scribentes quod clausula etiam odiosa apposita in rescripto si generaliter intelligeretur reduceretur ad terminos iuris communis non debet sic late intelligi/sed sic interpretari vt aliquid operetur vltra ius cōmune. singularis textus in. l. si stipulatus fuero pro te. ⁊ in. l. stipulatio ista. §. sed si seruus. ff. de verborum obligatio. Et ne dum ex dicta Innocentiana concessione hoc interpretandum est sed etiam ex supplicatione Regia de qua in bulla Innocentij in qua asseritur quod ad regiam supplicationem Papa eisdem concessit dictas decimas. Sed certe si ipsi reges intellexissent de decimis prout erāt iura regalia frustra ⁊ superfluum esset a Papa impetrare id quod iure suo proprio ad eos pertinebat. Nec est presumendum illas impetrasse sed illas ecclesie debitas quarū concessio expectabat ad summū Pontificē. Hic est casus nota. in. l. j. C. de thesau. lib. x. vbi Imperator ipse dicit Cum superfluum sit hoc precibus postulare qđ iam lege permissum est: ⁊ imperatorie magnanimitatis videatur preuenire liberalitas postulanda. ff. ad munici. l. j. in fi. cū cōcor. Cū ergo dicta Inno. cōcessio debeat necesse intelligi ad decimas ecclesie debitas ⁊ expresse ⁊ specifice Reges dicūt se donare ⁊ dotare đ dictis decimis ab Innocētio cōcessis non video qua causa aut ratione posset in dubium reuocari de quibus decimis

videatur facta donatio et dotatio cum hoc idem declarauerit etiam dictus Archiepiscopus dotans.

¶ Et vltra predicta valde ad propositum consuluit in simi. Pet. de Ancha. in consi. clxxxvj. secundum numerum meum incipit pro parte ecclesie cathedralis Ariminensis. vbi consuluit quod episcopo fuit simpliciter concessum priuilegium ad testandum et ipse ex dicto priuilegio apostolico fecit testamentum quod intelligendum est quod disposuit ⁊ testatus fuit de bonis ecclesie non de bonis suis patrimonialibus cum in istis superfluum fuisset priuilegium impetrare cũ potuisset de illis iure suo proprio disponere absq; apostolico priuilegio. Allegat dictam. l. j. C. de thesau. sic videtur dicendum in proposito quod cum Reges vigore dicti priuilegij Apostolici dixerunt expresse se concedere dictas decimas intelligendum est de debitis ecclesie sibi concessis a summo Pontifice non de patrimonialibus prout erat quid regale cum illas iure suo proprio concedere potuisset maxime cum hoc expresse ⁊ specifice declaratum fuit ab eis in donatione quam fecerunt ⁊ in dotatione a dicto Archiepiscopo facta vigore dicte donationis regalis ⁊ concessionis papalis.

¶ Corroborãtur ista vltra antedicta. Nam de iure Saraceni obligati sunt ad decimas ecclesie soluendas licet de facto non soluerunt. c. de terris. de decimis. c. quanto. de vsu. cum in signum vniuersalis dominij quasi quodã titulo speciali dominus decimas sibi reseruauit vt Papa inquit in capitulo cum non sit. de decimis. et licet dicta iura loquantur in iudeis. Oldradus consilio. xcj. secundum numerum meum incipit venit in dubium. firmat per dicta iura quod Saraceni tenentur ad solutionem decimarum etiam habitantes in terra que semper fuit Saracenorum non obstante quod Regi soluant. Nam cum decime sit tributum xvj. questione prima. c. decime. a quolibet possessore sunt soluende. capitulo pastoralis. de decimis. Item cum vniuersorum Deus sit dominus secũdũ Psalmum. Domini est terra. et cetera. transitiue in capitulo tua nobis. de decimis. a quocunq; terra excolatur decima est soluenda nec consuetudo non soluendi eos excusat cum in predialibus saltim non valet. capit. in aliquibus. de decimis. maxime quia violenta. nec secundum eum eos excusat quia soluunt regi. Nam si quod vni debetur alteri soluatur non cõtingit liberatio. C. de solu. inuito. de iureiuran. eam te. et decime in laycum cadere non possunt. ad hec. de decimis. ⁊ sic residet. Hanc sententiam firmat Abb. in dicto capitulo de terris. in questione que secundum eum fuit olim de facto cum prouincia Anglie fuisset tota Saracenorum demum conquesta a Christianis remanserunt in quibusdam locis aliqui Saraceni subiecti tamen Christianis possidentes quedam predia / de quibus non est memoria quod decime fuissent solute ecclesie. Concludit quod tales Saraceni possunt compelli ad solutionem decimarum ex huiusmodi predijs affirmans intrepide quod omnes infideles si de facto possunt compelli debent vrgeri ad solutionem decimarum cum vnum ouile et vnum pastorem Christus constituerit vt in Euangelio dicitur. Itaq; ob hoc ouile quod est vniuersalis ecclesia nemo separari potest / et quia cum Deus reseruauit sibi decimas totius orbis quas precepit dare leuitis tamen ex quo hodie sacerdotium translatum est in Christianis oportet etiam vt legis fiat translatio. c. translato. de consti. imo plus firmat qḋ si hodie locus infidelium rediret ad fidẽ quod ipsi infideles possent cõpelli de iure ad solutionem decimarum preteritarum. ar. l. impe/

ratores .ff. de publi. quãuis ecclesia deberet cum eis misericorditer agere iuxta id quod in simili dixit glo. notabilis in.c. quicunq3.xvj. questione.vij. idẽ Abb. post antiquos in dicto.c. quanto. de vsu ⁊ adhuc in decimis personalibus tenentur ad interesse vt Hostien. ⁊ alij dicunt in dicto.c. quanto. ⁊ expresse loquendo in Saracenis. determinatur idem in legibus partitarum.j. partita. titu. xx.l.vij. incipit preuilegiados son. Si ergo saraceni obligati erãt ad decimas ⁊ Papa concessit regibus decimas eorum in locis acquisitis ⁊ acquirendis satis cõstat quod in dicta concessione veniunt decime prout est ius spirituale ecclesie debitũ ad quas soluendas de iure dicti Saraceni erant obligati.

¶ Preterea ⁊ si omnia antedicta cessassent ⁊ simpliciter et indistincte decime illorum locorum fuissent concesse dicto Episcopo ⁊ ecclesie sue nulla facta mentione Saracenorum ⁊ de illorum decimis iudicandum esset tanq̃ de noualibus posito quod diceretur quod dum erant in infidelitate non erant obligati ad soluendas decimas spirituales. Attamen cum nouiter ad fidem conuersi sunt tanquam decime ⁊ reditus superuenientes deberent eidem pertinere cui ⁊ alie decime dictorum locorum pertinẽt siue de iure communi siue ex priuilegio. Nam de iure communi decime noualium pertinẽt ecclesie in cuius parrochia surgũt retenta quarta illarum episcopo: si non sunt in certa parrochia debentur diocesano tex. in.c. quoniam. de decimis. ⁊ sic est ibi casus notabilis secundum Abb. quod reditus spirituales nouiter superuenientes intra diocesim episcopi expectant ad ecclesiam parrochialem intra quam oriuntur: retenta quarta episcopo ⁊ si non oriantur intra certam parrochiam expectant ad episcopum et sic decime nouiter superuenientes ad eum pertinent ad quem de iure communi debẽtur decime.

¶ Idem est si alicui persone ecclesiastice decime debentur ex priuilegio. Nam etiam eidem debentur decime noualium superuenientes nota. tex. in.c. ex parte. el.ij. de decimis. vbi est casus quod si per Papam alicui persone ecclesiastice sit concessum priuilegium vt decimas parrochiarum percipiat videtur eidem concessum vt de noualibus decimas percipiat et illud secundum Doctores non est ex vi extensionis sed ex proprio significato verborum. Nam concedendo decimas alicuius ville ita illa verba important decimas noualium sicut presentes. Idem tex. in.c. cum contingat. de decimis. vbi Papa disponit quod ad eum pertinent decime noualium ad quem decime pertinent. facit.c. pastoralis. de his q̃ fiunt a prela. sine consen. capi.

¶ Ex quibus videtur quod cum dicte decime fuerunt concesse et applicate dicto Episcopo et Capitulo ⁊ eis debentur tam de iure communi quam ex dicto priuilegio Innocentij etiam si decime dictorum locorum simpliciter eisdem concesse fuissent nulla mentione Saracenorum facta: cum dicti Saraceni conuersi ad fidem noui homines quodammodo censeantur sub dicta concessione etiam generali videatur comprehensum vt tanquam noualia et decime seu reditus nouiter superuenientes eisdem vigore dicti priuilegij et iuris communis pertinere debeant quanto magis quod ipsi etiam in infidelitate existentes ad dictas decimas erant obligati et specifice ille fuerunt applicate et de eis facta dotatio vt ante dictum est.

¶ Hoc igitur presupposito ⁊ cõcesso q̄ ex dicta bulla Innocẽtij et regia concessione ⁊ dotatione dicto Episcopo ⁊ ecclesie sue essent concesse dicte decime Sa-

racenorum debite ecclesie non oporteret multum insistere si bula Alexãdri esset surreptitia que tendit ad reuocationem aut diminutionem alterius bulle ⁊ concessionis ⁊ dotationis regie eius vigore facte nulla de his habita mentione. Jura enim sunt notissima que in genere ⁊ in specie hoc determinant scilicet tex. in. c. ij. incipit statuto perpetuo. de deci. libro. vj. vbi Alexan. quartus determinat quod indultum quodam factum cuidam imperatori super decimis noualium non extendatur ad decimas quas tempore dicti indulti alius possidebat cum de ipso mentionem non fecerit. Alius simi. in. c. dudum de priui. ibi super decimis noualium in quarum erant possessione tempore illo quo indulgentie apostolice impetrate fuerũt. Est verum quod in dicto. c. dudum non transierunt sine discordia Innocen. ibi qui tenuit illa duo capitula scilicet. dudum. et statuto. habere locum simpliciter in omnibus decimis. ⁊ Abb. ibi post Boati. qui tenuit solummodo obtinere in decimis noualium prout loquuntur. Sed in proposito ille decime infidelium qui nouiter ad fidem fuerunt conuersi impetrate ab Alexandro non multum distant a noualibus tempore concessionis saltim in effectu vt ante dictum est. Et sic videtur in eis militare ratio que in noualibus. Facit etiam ad predicta tex. in. c. cum nostris de concessio. preben. in quantum ibi disponitur quod non valent littere ad beneficium impetrate que de alterius colorata facti possessione mentionem non faciunt. Sed vltra possessionem Episcopus et Ecclesia habebant priuilegium illud Innocentij / regalem donationem et dotationem dictarum decimarum quas Alexander cõcessit nulla de his facta mentione per quod videtur tanq̃ surrepticia non obtinere vires nec dicto Episco ⁊ Ecclesie parare preiudicium. Nam vbicunq̃ secundum priuilegiũ non faciat mentionem de primo priuilegio alteri concesso per tale secundum non videtur primum reuocatũ ex defectu voluntatis presumpte inducte ex surreptione. Casus est in. c. veniens de prescrip. ibi quod priuilegium suorũ predecessorum non extitit derogatum cum de ipsius nullam fecerit mentionem ⁊ glo. ibi in parte nullam. vtitur ex illo tex. hac regula ꝙ secundum priuilegium debet facere mentionem de primo ad hoc vt illud derogare videatur. Optimus tex. in. l. de curionibus. C. de silentiarijs lib. xij. et ad hoc tex. ⁊ glo. in. c. j. ⁊. ij. ⁊ ceterũ de rescrip. ⁊ in. c. cum ordinem. eo. titulo. vbi loquitur in priuilegio decimarum concesso Cisterciensibus. est etiam casus et ibi Bar. in. l. predia. C. de loca. predi. ciui. lib. xij. quẽ ad hoc põderat etiã Ange. ꝙ si priceps aliquid vni cõcessisset cõcessio alteri facta nõ valeret etiam motu proprio cum nõ est presumẽdum velle eum derogare prime concessioni de qua mentionem non fecit. et per predicta dicebat Abb. in dicto. c. veniens. de prescrip. iij. colun. ad propositum / quod si priuilegium esset tale quod esset acquisitum ius in re in omnibus speciebus contentis sub genere in dubio priuilegium speciale non derogat generali cum iam sit sortitum effectum et acquisitum ius parti in qualibet specie. Unde infert ꝙ si per sedem apostolicam concessum fuit alicui priuilegium percipiendi decimas in tota parrochia deinde concessum fuit alteri priuilegium percipiendi decimas ex certis predijs illius parrochie non facta mentione de alio priuilegio quod non preiudicatur primo priuilegio quia si sola possessio hoc operatur in dicto. c. statuto. ⁊. c. dudum. fortius possessio cum priuilegio. Accedit tex. singula. in. c. cum olim. de re iudi. ibi sicut credimus circumuentus. vbi esset casus secundum omnes quod si Papa in secundo priuilegio non facit mentionem de

primo a se aut antecessoribus concesso presumitur circumuentus et per conse-quens videtur in eo cessare voluntas illud reuocādi.l.ij.§.merito.et.§.si quis a principe.ff.ne quid in loco publi. et quod surreptio viciet in priuilegijs Pape aut Principis.est casus in capitulo primo de filijs presbyte.in.vj.ex multiplici. de deci.et in capitulo quod super his.versicu.vnde si tales de fide instru.l.prima ff.de nata.resti.l.et si non cognitio.C.si contra ius vel vtilitatem publicā.Abb. in.c.j.de rescrip.firmat hanc regulam pro notabili.Et in tantum requiritur de terminata voluntas Pape quod sit certificatus de priuilegio primo vt concedē do secundum videatur primum derogare quod etiam si in secūdo priuilegio di ceret non obstantibus priuilegijs quibuscunque etiam si essent talia de quibus esset fienda mentio de verbo ad verbum tamen si expresse et specifice de illis non fiat mentio in secundo priuilegio non sufficit dicta generalis derogatio . nec per eā prima priuilegia derogata intelliguntur.vt Cinus eleganter firmat.in.l.j.C.quā do impe.inter.pu.et vi.quem ibi sequuntur alij.et idem firmat Francisc.in cle-men.j.iij.oppositio.de sepultu.Abb.in.c.cum instantia.ij.colu.de censi.

¶ Preterea vbicunque a Papa conceditur aliquod priuilegium super decimis nunquam per tale priuilegium videtur Papa reuocasse compositionem super eis factam nisi de ea expressam faceret mentionem.casus est in.c.ex multiplici.de de ci.Cum ergo ex dicta compositione et dotatione et regia concessione tantum ius ad decimas Episcopo et Capitulo fuisset acquisitum non potest recte dici aut sentiri quod Alexander illa omnia derogasset nullam de eis mentionē faciēdo.

¶ Preterea aduertendum ad hoc satis ad propositum quod non solum priuilegiū secundum debet facere mentionem de priuilegio alteri prius cōcesso. Sed etiā de priuilegio sibi ipsi concesso si hoc secundum priuilegium sibi concessum ten-dat in aliquod preiudicium tertij pretendētis aliquod ius seu interesse ex dicto primo priuilegio. Iste est casus proprius et sing.in.d.c.veniens.de prescrip.sic in proposito cum dictum primum priuilegium Innocentij fuit Regibus conces sum de dictis decimis ad dotandum ecclesias etiam si secundum priuilegium Alexandri fuit eisdem concessum super dictis decimis non valuit non facta men tione de primo cum ex eo tantum preiuditium inferebatur dicto Episcopo et Ec-clesie et eis diminuebatur dotatio et ius ex priuilegio acquisitum.et per illū tex. infert Innocen.quem sequitur Abb.iiij.colu.quod si Papa concessisset alicui decimarum partem ex priuilegio et partem reliquam iure communi si postea illam partem iure communi relictam eidem vel alteri concessisset quod non va-leret concessio nisi de priore concessione fuisset facta mentio per illum tex.et per. c.ij.de filijs presby.in.vj.

¶ Et vltra predicta dicta bulla Innocentij non extitit solummodo in puris finibus priuilegij seu indulti sed vltra transiuit in contractum vltro citroque quia eius vigore Reges donarunt dicto Episcopo et Ecclesie medietatem di-ctarum decimarum et eis dotarunt ecclesiam et vigore dicte bulle facta et consti-tuta fuit dotatio a dicto Archiepiscopo Tholetano et onus impositum dicto Episcopo et Ecclesie ad certa diuina officia celebranda certis temporibus pro animabus Regum dotantium.sed etiam si dictum priuilegium Innocentij esset de sui natura reuocabile tamen cum eius vigore vltra processum est ad donatio nem et dotationem ab ipsis Regibus factam et sic dicta bulla habuit effectum. Dictus eius effectus non potuit iam ab ipsis Regibus reuocari et donare de-

cimas alteri iam Episcopo & Ecclesie acquisitas. Nam princeps obligatur sta re donationi a se facte nec eidem contrauenire potest cum naturaliter sit obligatus stare contractui a se celebrato vt dicit tex. nota. in. c. j. de proba. & in. l. penul. C. de dona. inter vi. & vxo. maxime quia in proposito Reges fecerunt dictã donationem & dotationem ecclesie & sic non subdito. Sed vbi priuilegiũ conceditur non subdito est irreuocabile vt in specie firmat Inno. in. c. nouit. de iudi. dicens qđ priuilegiũ a Rege cõcessum ecclesie est irreuocabile. & hoc Innocẽtij dictũ sequuntur ibi scribentes. & Archidia. in. c. quicũq3. xj. q. j. Item quia etiã vbi prima dispositio de sui natura esset reuocabilis si tamen transisset in contractum seu conuentionẽ & esset iam secutus effectus non posset talis dispositio reuocari. vt Bar. firmat in. l. qđ semel. ff. de decre. ab ordi. facien. & in. l. hi qui. ff. de iure immu. & in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. Abb. optime in dicto. c. nouit. vij. colu. facit glo. in. c. j. in parte/ reuocare. de constitu. in. vj.

¶ Manet igitur ex ante dictis ostensum quod concessio & regalis donatio & dotatio facta Episcopo & Capitulo de medietate decimarũ se extendit ad decimas debitas ecclesie a dictis Saracenis nunc ad fidem conuersis & consequẽs dicta bulla Alexandri surrepticia quatenus tendit in derogationem aut diminutionem dicte prime cõcessionis Innocẽtiane & dicte regie donationis & dotationis eius vigore facte cum de his nulla fuisset facta mẽtio in dicta bulla Alexandri.

¶ Superest nunc respondere dubio circa hoc assignato scilicet cum dicta erectio & decimarum concessio & dotatio facta dicto Episcopo & ecclesie nihil aliud contineat quã ius commune si isto casu fuit de eo mentio de necessario fienda in dicta bulla Alexandri vt ex hoc decidatur si fuit surrepticia an non. Hoc dubiũ vt sentio habet ex duobus principijs fundamentum. Primo quia de iure communi quarta decimarum debetur regulariter episcopo. c. de quarta. de prescrip. c. quoniam. ibi tua quarta retenta. de deci. iuncta glo. c. dudum. de decimis. x. questione. iij. vnio. xij. questione. ij. vulterane. cum concordan. optimus textus in. c. conquerente. ibi quarta decimationum de offi. ordi. Veritas est hec quod de iure communi perceptio decimarum pertinet ad ecclesias parrochiales. verba sunt tex. in. c. cum contingat. de decimis. & in. c. cum in tua. ad finem. eo. titu. & in. c. ad decimas. fina. verbis de restitu. spolia. in. vj. ex transmissa. de prescrip. Tamen nihilominus quarta decimarum pertinet a episcopum licet glo. & male. in. c. cum contingat. aliter dicat cum sit tex. apertus in. d. c. conquerẽte. vbi inter cetera iura episcopalia numerat quartã decimarũ/ imo & in aliquibus casibus etiam integre decime pertinent ad episcopum quos numerat Abb. in. d. c. cum contingat. & sic videtur qđ erectio illa & concessio et dotatio quarte decimarum Episcopo & alia quarta Capitulo non indulsit aliquid vltra ius cõmune.

¶ Ex quo videtur inferri secundũ. s. qđ non fuit necessariũ in bulla Alexandri de eo mentionẽ facere cũ lex posterior deroget priori etiã de ea nõ facta mentiõe. c. j. de cõsti. lib. vj. pro quo in specie videtur casus in. c. j. de rescrip. vbi secundũ rescriptũ derogat primo continẽti ius cõmune etiã si in dicto secũdo nulla fieret mẽtio de primo. & videtur etiã loqui tex. in primo & secũdo priuilegio & istũ intellectũ ad illũ tex. etiã in priuilegio tenet Inno. post glo. ibi dicẽs qđ siue illud primũ sit rescriptũ siue priuilegiũ ex quo cõtinet id quod ius cõmune nõ est necesse quod in secũdo cõtrario fiat mentio de illo sicut non esset necesse facere mentionem de iure. Hunc intellectũ ad illum tex. tenet etiam glo. in. c. j. de cõstitu. in. vj.

in parte/facti.in questione illa si noua constitutio reuocet statutum episcopi cō trarium quod non continebat nisi ius commune. Sed in proposito hoc non obstare sequentibus ostenditur fundamentis.

¶ Primo quia contra illum tex.est glo expressa in dicto.c.j.de constitu.in.vj.in parte/noscatur.que tenet quod rescriptum si sit contra ius commune non valet nisi faciat mentionem de iure. ⁊ videtur casus de hoc in.l.rescripta. ⁊ in.l.nec damnosa.C.de preci.impe.offeren.et in capitulo ex parte.de cape.mona.habent hoc pro regula certa Joan.And. Pe.de Ancha.Domi.in capitulo vnico.de excessi.prela.in.vj.quod non valeret rescriptum contra legem nisi saltem in genere fieret mentio de iure.s.non obstāte ⁊c.Sunt de hoc expressa iura.bonus tex. in.c.nonnulli.de rescrip.quod non valet rescriptum quod quis trahatur vltra duas dietas nisi de illa constitutione fiat mentio.

¶ Secundo quia Abb.in dicto.c.nonnulli.de rescrip.iij.colu.firmat amplius ad propositum nō solum de rescripto sed etiam in priuilegio quod si alicui esset concessum priuilegium contra ius commune nō valet nisi in tali priuilegio esset mentio facta de eo.per tex.nota in.c.ex parte.de cape.mona.vbi tex.determinat quod si Papa confirmat prioratum religioso claustrali non valet si non fiat mētio de iure contrario cum sepe priuilegia emanant contra ius ex nimia principis occupatione aut ex nimia petentium importunitate ideo nisi fiat mentio de iure saltem in genere non presumitur velle concedere contra ius.⁊ fuit hoc etiam de mente Bar.in extrauaganti ad reprimendum.⁊ in.l.fina.C.si contra ius vel vti. pu.versi.quero quid si imperator.idem Bal.de pace constantie. verbo libellarie in versi.non obstante.imo Bal.eleganter in.c.j.naturales.si de feu.fue.contro. inquit plus quod quando priuilegium seu gratia principis non est communis vt quando legitimat aliquem de feudo contra dictum.§.naturales. quia licet hoc facere possit vt glo.ibi dicit tamen requiritur exuberans solennitas in derogando ⁊ faciendo mentionem de iure scilicet non obstante.§.naturales.sed vbi esset gratia communis sufficit clausula nō obstante aliqua lege.⁊c. vt dicit glo.in.l.femine.ff.de re iudi.⁊ hāc partem firmant alij.verum est quod aliqui scribentiū se diuiserūt ab hoc volētes ꝙ ex eo ꝙ per viā priuilegij aliquid cōceditur a principe satis videtur ꝙ vellet ius cōmune derogare etiā si hoc nō dicat vt Bal.inqt in.l.lapilli.ij.colu.versi.ego dico.ff.de rerū diuisio.⁊ hui⁹ opinio.videtur fuisse Joā.An.⁊ Domi.in.d.c.vnico.ď exce.prela.in.vj.sed opinio Bar.⁊ Abb.⁊ sequatiū videt habere pro se fundamēta vrgētia attēto ꝙ hec priuilegia semper vt in plurimum conceduntur per importunitatē ⁊ per hoc ego do casum expressum in.l.nec dānosa.C.de preci.impera.offe.iuncta glo.in parte/iuri contrarium.⁊ in.l.iubemus nullā.C.de sacro san.eccle.iuncta glo.super parte/celeste oraculum.Bal.singu.in.l.fina.C.senten.rescin.non posse. Si ergo vbi priuilegium est solūmodo contra ius cōmune de eo est mentio fienda quanto fortius vbi aliquis haberet pro se ius cōmune ⁊ priuilegiū illi conforme: si aliud secūdū in eius derogationem concederetur deberet de tali primo priuilegio mentionē facere etiam si aliud quam ius commune non contineret.

¶ Tertio quia etiā vbi esset vera opinio contra Abb. ⁊ Bar. ꝙ quando Papa concedit priuilegiū aliquod contra ius cōmune validū esset dato ꝙ de illo iure in dicto priuilegio non esset facta mētio/non obstat in proposito quia hoc est intelligendū quando princeps aut Papa cōcessisset priuilegium contra.l.tantum

absq3 eo quod alicui inferret preiudiciũ. Sed si tale priuilegiũ concessum cõtra ius commune vltra hoc tenderet ad preiudiciũ alicuius tertij non valeret concessio etiam ex certa scientia nisi apponeretur clausula non obstante. sic inquit Bal. singu. loquens in prohemio feu. xj. colu. versi. an Rex. Salice. in. l. fina. C. si contra ius vel vtili. publi. Anto. in. c. que in ecclesiarũ. penul. colu. de constitu. Bal. in auctẽ. hoc inter liberos. ad finem. C. de testa. τ in. l. impetrata. C. senten. rescin. non po. τ hoc modo Moderniores limitant doctrinã illam Joan. And. τ Domi. in dicto. c. vnico. de exce. prela. in quantum volunt valere priuilegium contra ius cõmune etiam si de eo mentionẽ non faceret vt procedat nisi tale priuilegium tenderet in preiudiciũ tertij. Unde cum dicta bulla Alexãdri sit contra dictũ primũ priuilegiũ Innocentij τ dotationem τ donationẽ etiam si illud primum ius cõmune solummodo contineret de necessario debuit de eo mentionem facere dicta bulla Alexan. cum tenderet in tantum damnum Episcopi et Ecclesie ex eo ꝙ medietas decimarum ex primo. sed hoc secundo tertia reseruatur ecclesie. de qua tertia Episcopus quartã. ecclesia parrochialis tres quartas pro ministris τ reparatione ecclesie percipit. Itaq3 vnde Episcopus quartam debuit percipere omniũ decimarum duodecimam percipit Capitulũ vero ecclesie cathedralis nullã quod valde infert preiudicium.

¶ Quarto vrgent etiã valde illa duo capitula scilicet. dudũ. de priui. τ statuto. de deci. in. vj. vbi de possessione decimarũ quas aliquis possidet est fienda mentio in priuilegio alias tale priuilegiũ non valet nec preiudicat possidenti. ergo a fortiori si quis haberet possessionem decimarum τ haberet ad illas priuilegium seu titulum etiam si nihil aliud vltra ius cõmune contineret. τ ab his iuribus coactus Oldra. consilijs suis consilio. cclxviij. incipit questio est vtrum priuilegium. firmat expresse ꝙ si priuilegium esset concessum aliquibus religiosis de decimis non soluendis non extenditur ad ecclesias possidentes decimas de iure cõmuni.

¶ Quinto quia si in proposito bene attendatur ex prima concessione Innocentij iuncta regia donatione τ dotatione facta dicto Episcopo τ Ecclesie plus iuris fuit eis acquisitum ad dictas decimas quam si solummodo a iure communi possedissent eas. Nam cum ex regia donatione τ dotatione eis facta vigore dicte bulle Innocentij fuit eis ius acquisitum: fuit irreuocabiliter acquisitum quod cum donatio per Reges facta fuit Episcopo τ Ecclesie: et sic non subdito non potuit amplius ab eisdem reuocari. ex dicta doctrina Innocentij τ aliorum in dicto. c. nouit. sequitur plus iuris ad illas habere quã a iure cõmuni.

¶ Concludo ergo quod Episcopus τ Capitulum pretendebant ius ad dictas decimas vltra ius commune τ priuilegium Innocentij ex alio iure speciali scilicet ex donatione regia τ dotatione. Unde dico quod vbicunq3 aliquis pretendit ius ad aliquam rem a iure communi τ etiam pretendit de iure speciali caussato ex consensu aut ex conuentione partium quod sibi illud tribuit quod ius commune τ nihil plus: quod si per aliquod priuilegium sibi esset derogatũ ius commune / non tamen sibi intelligitur esse sublatum aliud ius speciale sibi ad eandem rem competens. Hic est casus famosus ad propositum iuncta glo. in. c. cum olim. de prescrip. nam ibi fuit lata sententia in fauorem episcopi Lucani super quibusdam que de iure communi ad ius episcopale pertinebant quo ad plebem τ capellas τ condemnatus fuit quidam Abbas iuxta tenorem cuiusdam arbitrij promulgati a Piscorensi episcopo τ hoc non obstantibus quibusdam

priuilegijs productis in causa per dictum abbatem dicit ibi glo.fi.quare dict⁹ abb.ratione priuilegiorum non obtinuit in totum. Respondet quod illa priuilegia que fuerunt impetrata post dictum arbitrium non preiudicabant iuri episcopi cum non fecerunt mẽtionem de dicto laudo. ⁊ sic est ibi casus ad litterã iuncta glo. quod cum ille episcopus pretendebat ius cõmune ad dicta iura episcopalia ⁊ vltra hoc ius speciale ex dicto laudo licet per priuilegiũ fuisset derogatũ ius cõmune tamen nõ fuit derogatũ ius speciale ad illud sibi competens ex dicto arbitrio. ar. d. c. ex multiplici. de deci. ⁊ Abb. gustat illã glo. in. d. c. cũ olim. colu. fina. et eam extollit ad hoc qđ si ius speciale concurrit cum iure cõmuni non valet priuilegiũ concessum in cõtrariũ nisi fieret mẽtio de illo iure speciali licet tollatur ius cõmune. ratio est quia Papa non censetur preiudicare iuri qđ ignorat. c. super eo. de offi. delega. quod est notandum in proposito. Nam etiam si ex bulla Alexãdri esset derogatum ius cõe cõpetens ad dictas decimas dicto Episcopo ⁊ Capitulo non censetur derogatum ius speciale eis competẽs ad dictas decimas ex dicta donatione ⁊ dotatione.

¶ Preterea dubium assignatum ⁊ si predicta cessassent videretur habere aliquã vim in decimis ab aliquo possessis ex priuilegio non continente vltra ius cõmune aliquid. Nam in talibus decimis iam causatis ⁊ debitis cum Papa cõcederet secundum priuilegium in illius derogationẽ iam videtur informatus qđ decime possidebantur ab illo ad quem de iure communi pertinebãt que ratio videtur cessare in his decimis Saracenorum qui nunc ad fidem conuersi fuerunt. Nam cum hec fuerunt quedam decime nouiter superuenientes et sic quodammodo quedam noualia cum in secta sua permanentes saltem de facto illas non soluebant non potest dici quod Alexander sciebat illas iam ab alio possideri vt sic videretur velle ei preiudicare alteri eas concedendo imo econtra satis videtur cogitasse quod a nullo possidebantur tempore quo ipse illas cõcessit maxime quia sic de earum concessione sic fuit ei supplicatum vt constat ex bulla. Unde hoc casu euidenter videtur cessare dubium nec posse habere locum regulã illam sumptam ex dicto. c. j. de rescrip. Ad hoc singulariter valde põdero textum in dicto. c. dudum. de priui. iuncta ratiõe decidẽdi ibi per aliquos assignata. Disponitur enim ibi quod priuilegium alicui concessum de decimis noualium non soluendis non extenditur ad decimas ab alio possessas nisi de illa possessione fiat mentio: sed minus est possessio sola ꝙ si cum titulo possideret nil aliud ꝙ ius cõmune continente ⁊ nihilominus disponitur ibi quod fiat mentio de possessione quãto magis de possessione ⁊ titulo. Nunc ad propositum dicit Abb. ibi post Boati. quod ille tex. debet intelligi solummodo in casu in quo loquitur. s. in decimis noualium: secus vbi priuilegiũ esset concessum super decimis alijs non noualibus: nã tunc valeret licet nõ fieret de possessione alterius mentio. ratio diuersitatis q̃ infert in proposito secũdum eos est ꝙ vbi decime non sunt nouales sed iã causate certũ est ꝙ possidẽtur ab aliquo ⁊ sic Papa concedendo super eis priuilegium videtur possessoribus derogare cum tacite videtur mentionem facere de possessione: secus est in decimis noualium cum iste tales poterat esse quod a nullo possidebãtur propterea quia nunc de nouo debebantur ex quo terre de nouo reducebantur ad culturã: ⁊ per consequens nõ potest dici ꝙ fuit de volũtate Pape preiudicare possessorib⁹ sicut in alijs decimis. Sic est in proposito cũ iste decime horum Saracenorũ qui nunc nouiter ad fidem fuerũt conuersi de nouo tunc

inceperunt & causate sunt cum ante de facto non soluebant iustam causam credendi habuit papa Alex. quod a nullo possidebatur nec ad eas aliquis titulum pretendebat & sic non est presumendum quod voluit derogare possessioni quam haberet Episcopus & Capitulum cum tanto iure scilicet priuilegio Innocentij & regia donatione & dotatione etiam si nil aliud q̄ ius commune in eis contineretur. l. ij. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publi.

¶ Preterea si recte consideretur dicta bulla Innocentij & regia donatio & dotatio Episcopo & Capitulo facta non potest dici quod nil aliud contineat vltra q̄ ius commune. Nam & si in dicta ciuitate ecclesie haberēt parrochias distinctas vt fit quotidie forte dicte ecclesie cathedrali non pertineret tanta pars decimarū sicut illa contenta in dicta donatione & sic in hoc & alijs de quibus in dicta donatione larga fit mentio vltra q̄ ius commune videtur eisdem concessum maxime cum in dicta regia donatione & dotatione quarta fuit Capitulo assignata quod non est cautum a iure communi. Sed vbi priuilegium partim cōtinet ius commune in parte non/non valet secundum priuilegium impetratum etiam contra illam partem primi priuilegij que continebat ius commune nisi de illo primo priuilegio esset facta mentio. sic determinat Abb. per illum tex. loquendo expresse in priuilegio decimarum in. c. veniens. de prescrip. iiij. colu. post Innocen. ibi quem etiam Anto. sequitur. idem Anto. in. c. j. de rescrip.

¶ Ultimo de surreptione dicte bulle Alexandri ex ea manifestissime constat in ea enim non solum nulla mentio facta fuit de dicta bulla Innocentij et donatione regia & dotatione sed vltra hoc asseritur in ea quod decimam illam quā dicti Saraceni dum in perfida secta sua manebant soluebant & prestabant Regi suo nunc dominis locorum soluebant & Regibus. Unde magnum damnum incurrerent Reges & eorum successores & dicti domini locorum si dictis infidelibus iam ad fidem reductis dicta decima carere deberent & sic in locum dicte decime qua carebant nunc eis ad fidem conuersis supplicatum fuit sanctitati sue super dictis decimis concedendis quas concessit in locum dicte decime & sic sanctitas sua nō fuit informata nec ei fuit dictum quod medietas illius decime quā Saraceni soluebant in illis certis locis episcopatus erat concessa a Rege & donata dicto Episcopo & Capitulo & de illa dotata ecclesia antea q̄ ipsi conuersi fuissent quia si ei hoc dictum fuerat eidem Episcopo & Capitulo cōcesserat medietatem decimarum spiritualium que successerunt in locum dicte decime quod si hoc concessit dictis dominis locorum ex illa consideratione & relatione sanctitati sue facta qđ ipsi domini possidebant dictam decimā & in locū eius qđ illa carebant a fortiori hoc ipsi Episcopo & ecclesie cōcesserat si fuerat informatus qđ medietas illius decime fuerat dicto Episcopo & Capitulo concessa in dotem vt constat ex dotatione facta dicto Archiepiscopo Tholetano.

¶ Ex ante dictis licet semipleno decurato q̄ calamo perstrictis videor mihi dubijs satisfactum esse scilicet primo & quarto & licet in his respondendis saltum fecerim scilicet de primo ad quartum causa hec se obtulit quia continuam habēt dubitationem & materiam sicut habent secundum & tertium vt ex eisdem constat que subiciuntur.

Primum dubium.

Si la donacion de la quarta parte d'los diezmos de los Moros que se haze al dicho perlado por la erection si es de los diezmos que eran derechos reales moriscos / o si eran de los diezmos que los Moros devian a la yglesia.

Quartum dubium.

Item si caso que la dicha donacion de la quarta parte de los diezmos de los moros contenida en la erection fuesse de los diezmos que los moros devian a la ygl[e]sia si era menester hazer mencion de ella en la bulla que sus altezas impetraron de las dos tercias partes de los diez mos de los Christianos nuevos pues la dicha erection no contenia otra cosa si no el derecho comun.

¶ Nunc deveniendũ restat ad alia dubia satisfacienda .s. secundum: & tertiũ. & si vera sunt supradicta de quibus longus sermo habitus est .s. qđ concessio & do tatio decimarũ fuit de decimis ecclesie debitis ab ipsis Saracenis nunc ad fidẽ conversis & qđ bulla Alexandri in contrariũ concessa fuit surrepticia non esset opus insistere ad degressionẽ alterius dubij. Sed vt clarius iustitia Episcopi et Ecclesie ostendatur dato quod aliqua ex predictis in dubiũ revocari possent ꝙ non fatemur sic respondetur ad dubia que sequuntur.

Secundum dubium.

Item caso que esta donacion fuesse de la quarta parte de los diezmos que eran derechos reales si el dia que se cõver tieron pues espiraron los dichos moriscos y no los devieron ni pagarõ despues si espiro ansi mismo la donacion de la dicha quarta parte de los diezmos ꝗ esta va hecha al perlado.

¶ Ad hoc dubium que subijciuntur ad eius responsionem vrgere videntur eo ipso quod dicti Saraceni conversi sunt ad fidem licet cessavit aut extincta fuit decima illa regalis quam ipsi solvebant vt ius prophanum vulgariter morisco attamen successit decima ecclesie debita vt ius speciale in eius locum quam ipsi iam fideles persolvunt & quam de facto non solvebant permanentes in secta sua licet ad illam de iure essent obligati vt supra ostẽsum fuit. Si ergo in decima illa regali Episcopus & Capitulum medietatem habebant ex donatione & alijs ti tulis antedictis cur non illa extincta que expiravit eorum conversione Episco pus & Capitulum habebunt eandẽ medietatem in decimis spiritualibus eccle sie debitis que in illius locũ successerunt & quas nunc ipsi ad fidem conversi sol vunt & non aliam decimam regalem quam antea solvebant: imo vt in alterius de cime locum iste decime subrogate eodẽ iure in illis debet vti Episcopus & Ca pitulum cum nullum regressum habere possunt ad consequendã medietatẽ dicte

decime regalis illa extincta per eorum conuersionem vt haberet dubium assi-gnatum quod sic iuridice ostenditur ex casu satis notabili ad propositum in.l. mater.C.de rei ven. Regulariter enim in iudicijs particularibus pretium quod quis habuit ex re mea quam vendidit me inuito aut ignorante non succedit in locum rei mee vendite. nec actionem habeo contra venditorem ad pretiũ illud sed potero rem meam vendicare ab emptore. Hoc est quod iura dicunt quod in particularibus iudicijs pretium non succedit loco rei quia licet sim domin⁹ rei mee non tamen sum dominus pretij quod habitum fuit ex ea.ff.de here. ven.l. venditor ex hereditate.circa medium.iuncta.l. quibus.§. fina.ff.de furtis.in vniuersalibus est secus.l.si rem ꝛ pretium. de peti.heredi.ff. cum concor. Nunc ad propositum dico quod hoc est verum nisi illa res mea esset perempta ita quod ego illam recuperare non possum: nam tunc in subsidium potero a venditore petere pretium. ꝛ sic iste est vnus casus in quo illud quod habetur ex re mea aut loco eius succedit subrogatur in locum rei mee et mihi debetur sicut res mea.s.cũ res mea perempta fuit ita quod illam recuperare non possum. Iste est casus notanter decisus in dicta.l.mater.ad fi.ibi proprietatem amisisti ad pretium actioné exercere non prohiberis. Similis decisio ꝛ singularis fuit Africani cõsulti in.l. fina.ff.de nego.gestis.ibi ea que in rerũ natura esse desierit de pretio mihi actio danda.idem ipse decidit in.l.si eum seruum.ff.si certum peta.ibi mortuo eo posse te mihi pretium condicere.l.j.C.de re. alie. non alie. ad finem.l.iulianus.§. idem celsus.ff.de actio.emp.et nedum hoc habet locum in venditione sed etiam in permutatione si aliquis rem meam permutasset cũ alia re quod si res mea fuit perempta habet actioné ad aliam rem que successit loco rei mee ita firmat Cin⁹ in.d.l.mater.in.iiij.questione.per.l.imperator.§.fina. cũ.l. sequéti.ff.de lega.ij. quem ibi sequuntur Bal. Salice. idem si venderetur res mihi hypothecata vt tenet glo.nota.in.l.j.in glo.fina.ff.de distractio.pigno. Si ergo omnia hec iura ad hoc clamant quod vbi res mea est perempta habeo in subsidiũ actionem ad illud quod loco rei mee habitum ꝛ subrogatum fuit satis eque videtur dicendũ a simili quod cum fuit extincta dicta decima regalis ꝛ sic medietas eius pertinés Episcopo ꝛ Capitulo quod eisdem debeatur medietas decimarum spiritualiũ que in eius locum successerunt eis ad fidem conuersis.

¶ Ad predicta facit textus singularis in.c. sancte marie.j.et.ij. vt lite penden. vbi illa bona de quibus ibi fuerunt subrogata in locum illorum bonorum que non poterant haberi. ꝛ facit regula illa Brocardica que ibi probatur secundum Bar.quod res que succedit in locum alterius eodem iure censetur cum illa. est casus notan.ad propositum in.l.imperator.§.fina.cum.l.sequenti.ff.de lega.ij. l.fideicõmissa.§.si rem suam.ff.de lega.iij.l.vxor marito.ff.de dona.inter virum ꝛ vxorem. ꝛ hoc in prophanis sic statuta ꝛ decisa sunt vt equissima a iuris consultis ex equitate illa sumpta a.l.si me ꝛ titium.ff.si certum petatur. Quid enim iniqui⁹ quam si res mea aut mihi debita perempta consumpta aut extincta sit detur mihi actio ad illud quod loco rei mee successit vt consultus inquit in dicta.l. si me ꝛ titium. quanto magis in ecclesia vt sumus in proposito que in hoc priuilegiata est vt res empta ex pecunia ecclesie efficiatur ecclesie vt glo.iuris ciuilis tenuerũt in.l.si ex ea.C.de rei vendi. ꝛ in.l.si vt proponis.eodem titu. ꝛ in.l.vxor marito.ff. de donatio.inter virum ꝛ vxorem.probatur in.c.j.de testa.ꝛ in.c. inquirendum. ꝛ ibi glo.ꝛ Docto.de pecul.clerico.

¶ Ex quibus videtur q̄ non expirauit donatio etiã dictis Saracenis ad fidem conuersis cum habeat in quo operetur.s.in dictis decimis ecclesie quas ipsi nũc soluunt loco dicte decime regalis que expirauit eorũ conuersione.

¶ Nec obstat si dicatur quod ista subrogatio non potest habere locum ex eo q̄ dicte decime spirituales subrogate non sunt in potestate regia sicut erant alie que erant ius regale quas Reges donauerunt. Primo quia imo sunt quod constat ex eo quod ipse Innocentius concessit eisdem Regibus potestatem ⁊ facultatem dotandi de decimis Agarenorum et sic extenditur ad istas subrogatas cum ad concedendum ⁊ dotandum habuerunt facultatem a Papa. Secundo quia vltra hoc iam sunt in potestate regia per bullam quam impetrarunt ab Alexandro et per consequens debet et potest habere locum subrogatio earum in locum decime ab eis concesse cum illa expirauit dictis Saracenis ad fidem conuersis.

¶ Et ex his satis euidenter manet responsum ad tertium dubium assignatum quod est hic finale ⁊ in effectu continet. Si dicta bulla Alexan. fuit surrepticia eo quod sue sanctitati non fuit facta mentio de dicta donatione ⁊ dotatione ex quo erat de decima regali a Saracenis debita ⁊ vt ius regale non decimale spirituale non expirauit. maxime quia de regia donatione non videbatur necessarium facere mentionem summo Pontifici ⁊c. vt latius in dubio hoc habẽte in effectu. Considerato ⁊ habito pro constanti quod donatio regalis ⁊ dotatio decimarũ prius facta vigore bulle Innocentij fuit de decimis ecclesie debitis prout est ius spirituale vt in dubio supra probatum fuit. Non esset necesse huic dubio respondere cum surreptio ex multis ostẽdatur manifestissime de quibus ante sermonem fecimus. Sed etiam si dicta donatio ⁊ dotatio fuisset facta de dicta decima regali prout erat ius regale morisco fuit bulla Alexan. surrepticia.

¶ Primo quia vt nunc proxime probatum est si extincta aut perempta dicta decima regali decima spiritualis in eius locum successit ⁊ subrogata fuit ⁊ per cõsequens Episcopo ⁊ Capitulo debita prout alia eisdem concessa ⁊ donata fuerat nullum restat dubium nisi dictam bullam esse surrepticiam cum non fuit facta mentio Pape de iure dicti Episcopi ⁊ Capituli ad dictas decimas sibi pertinẽtes ex dicta subrogatiõe nec de possessione earum. ⁊ sic militant iura allegata superius disponentia in decimis vt non valeat earum concessio nisi de titulo aut de possessione alterius fiat mentio.

¶ Secundo quia in dicta dotatione facta a dicto Archiepiscopo Tholetano ex regia donatione ⁊ concessione vigore dicte bulle Innocentiane fit quedã generalis dotatio de medietate decimarum predialium ⁊ personalium et cetera. que videtur referri ad decimas Christianorum generaliter ⁊ indistincte. alia est specialis de dicta decima Saracenorum vt latius continet scriptura. Probatum est supra quod ex dicta generali dotatione debentur Episcopo ⁊ Capitulo decime nouiter superuenientes et per consequẽs decime Saracenorũ qui conuersi sunt ad fidem ⁊ hoc tanq̃ noualia quedam comprehẽsa sub dicta generali dotatione decimarũ licet de Saracenorũ decimis nil amplius dictũ fuisset. Unde licet decime eorũ ad fidẽ reductorũ non cõprehenderẽtur sub speciali mentione qua de decima regali morisca facta fuit in dotatione tamẽ cõprehenduntur sub alia gñali dotatione q̃ licet simpliciter ⁊ indistincte fuit facta extenditur ad decimas ⁊ reditus superuenientes ⁊ per cõsequẽs ad decimas Saracenorũ spũales postq̃

ad fidem conuersi sunt.c.quoniam.z.c.ex parte el.ij.de deci.z supra late dictū est. Unde hoc respectu de necessario fuit mentio facieda summo Pontifici de dicta dotatione sic facta ex regia donatione quod ex dicta causa fuit ius acquisitum Episcopo z Capitulo ad dictas decimas.

¶ Tertio quia et si omnia antedicta cessassent nihilominus dicta bulla Alexādri videtur habere surreptionem ex hoc quod vna de causis expressis in supplicatione eiusdem bulle est quod decima Saracenorum locorum dominis persoluebatur z quod valde dispendiosum esset tam Regibus z successoribus quā dictis dominis locorum quibus decima persoluebatur si decima predicta in totū careret eis ad fidem conuersis. z vlterius hac narratione ibi facta subdit Papa pro parte vestra fuit supplicatum vt omnibus premissis attentis. zc. Super hoc vestre ac successorū vestrorum z aliorū temporaliū dominorū indempnitati prouidere dignaremur. zc. Si ergo hoc sanctitati sue fuit expositum pro principali causa z ex ea dictis dominis locorū fuerunt concesse dicte decime quanto magis credendum z presumendū est si sue sanctitati fuerat expositū quod dicta pars decime regalis pertinebat ad Episcopū z Capitulum quod eisdē concesserat totam medietatē ante eis donatā z concessam. Unde eo quod illud tacitum fuit z expressum indistincte quod dominis locorum persoluebatur z qd Regib9 et eorum successoribus z dictis dominis tantū preiudicium obueniebat nec aliquid dictum fuit de Episcopo et Capitulo quibus idem damnum inferebatur. satis inducitur surreptio z per consequens licet donatio esset regia fuit de ea facienda mentio Pape cum ex ea ad illas decimas esset ius Episcopo z Capitulo acquisitum et si eis carerent damnum incurrebant / cuius damni vitandi causa Papa motus fuit ad concedendum alijs vt ex bulla cōstat. Hec ergo surreptio in tacendo predicta induxit surreptionem. nam surreptio etiam que non prouenit ex dolo viciat eatenus quatenus fuit causa inductiua concessionis. casus est in.c.sup litteris.de rescrip.qui ad hoc extollitur per Abb.ibi.ij.nota.imo surreptio viciat gratiam ipso facto etiam si cōsistat in tacendo factum alienum quod impetrans probabiliter ignorabat. Iste est casus singularis in.c.cōstitutus. de rescrip.quem Abb.dicit se alibi nescire ibi.ij.nota. et surreptio multo fortius litteras graciosas viciat quā litteras ad lites.cū gratia ipso facto est nulla propter surreptionem.c.j.et.ij.de fi.presby.in.vj.ad audientiam de rescrip.ad lites non ipso iure.ceterū.de rescrip. Preterea licet fateremur quod Alexāder nihilominus concessisset Regibus dictas decimas licet sciret de dicta regia donatione quod esset diuinare tamen non potest negari quod saltem non ita de leui concessisset. Unde surreptio viciat nedum quando fuit causa inductiua sed etiam impulsiua. vt quia Papa bene concessisset sed non ita de facili. Casus est vnicus in.c.postulasti.de rescrip.z Abb.ibi vltimo nota. Ex his z alijs que dilatari possent colligitur dicta surreptio quibus explicitis que iudicio z correctioni meli9 sentientis submissa vadunt ad portum cum ex oneratione dubiorum Deo duce deuentum est z vbi aliquod occurrat super his dubium: memento eius quod a Papiniano scriptum est in.l.sunt persone.ad finem.ff. de reli. et sumpti. fune. ibi nam summam esse rationem que pro religione facit.

Rodericus Suares.

Explicit liber Allegationum Bachalaurij Roderici Suares accutissimi Juriscõsulti. Impressum Metine del Campo in edibus Didaci Fernandez de Corduba artis impressorie peritissimi. Anno a Christo nato.

M. D. L.



Licenciado Suarez

Lectura Legum. et Allegationes


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm